

# DE CONIECTURIS IN IURE CANONICO

(*continuatur*)

Uberem materiam pro termino technico: "coniectura" suppeditant processus circa affinitatem illegalem. Sententia S.R.R. 31. III. 1909<sup>80</sup> has allegat coniecturas: Helena, mater sponsae, pluries totam noctem transegit in cubiculo Ioannis cum uno tantum lecto; quaedam maculae et vestigia in linteaminibus; Helena matutinis horis cum vestimentis, quae significabant noctem in cubiculo Ioannis transactam, pluries visa est; litterae, quas Ioannes ante matrimonium ad Helenam scripsit; fama apud cognatos<sup>81</sup>. In Causa 29. VII. 1909 habetur coniectura, quae non est quotidiana. In quodam Vicariatu Apostolico Philesthenes baptizatus concordat iuxta mores illius regionis de nuptiis ineundis cum quadam puella pagana. Iam ante matrimonium puella recepta est iuxta consuetudinem gentis in domum sponsi et in religione catholica instructa. Tempore catechumenatus sponsa relationem sexualem habuit non solum cum sponso, sed etiam cum ipsius duobus fratribus germanis. Post baptismum nuptiae celebratae sunt sine dispensatione a duplice impedimento affinitatis in primo gradu lineae collateralis. Sed uxor post paucos annos marito valedixit. Coniectura pro commercio cum duobus sponsi fratribus carnali haec fuit: in gente adhuc pagana viget consuetudo: sponsa et uxor est ad dispositionem non solum sponsi et mariti, sed etiam ipsius fratrum<sup>82</sup>. Notan-

---

<sup>80</sup> Decisiones S.R.R. vol. I pp. 24-28; p. 28 habetur: a. 1909 sine mense et die; recta data elucet ex A.A.S. I. p. 326, sc. 31. III. 1909.

<sup>81</sup> Decisiones S.R.R. ab initio (1. c. p. 26 ad 5 usque ad nostra tempora) tenent: si constat de copula, ea praesumitur perfecta, nisi *evidenti probatione* demonstretur eam non fuisse perfectam. Potestne haec praesumptio nostro tempore Onanismi et amplexus reservati simpliciter sustineri? *Quis poterit evidentem probationem contrariae praestare?* Cf. S.R.R. 29. VII. 1911 vol. III. p. 411 ad 10.

<sup>82</sup> 1. c. vol. I. pp. 122-125. Mirandum est, quod missionarius cognoscens mores illius gentis in examine sponsorum hanc gravem circumstantiam non tetigit.

Sententia p. 124 statuit axioma: copula praesumitur perfecta ex ipsius natura et citat S.C.C. in C. Pisanen. 22. V. 1875 (Thesaurus S.C.C. vol. 134, 1875, pp. 312-395). S.C.C.: "non constare de nullitate"; Causa fuit artificialiter et mendaciter *constructa* a partibus et testibus, qui omnes vehementissime carpuntur a Consultore theologo; p. 375 "praesumptio copulae oritur, si postquam vir et mulier cubiculum ingredi visi sunt et mulier postea visa fuerit crinibus incompositis, facie ultra consuetum rubiconda, ac tota horrida, incompta etc."

dum: S.R.R. nixa Decreto S.C. de Prop. Fide 23 Aug. 1852 tenuit axioma: affinitas inter duos paganos contracta evadit impedimentum dirimens post conversionem saltem unius partis; cf. *Decretum S.C.S.O.* 31. I. 1957<sup>83</sup>. S.R.R. 10. II. 1912 ad 6 censem: "Coniectura et praesumptio magis ac magis urget, si constat de actibus proportionatis et praeparatoriis ad copulam". Coniectura et praesumptio haec fuit: "et non longe a veritate abesse asseruit, qui copulae praesumptionem pariter militare existimat, si solus cum sola in eodem cubiculo clauso per aliquod tempus exstiterunt, maxime absente marito"<sup>84</sup>.

S.R.R. 23. III. 1915<sup>85</sup> nos docet: "cum copula carnalis occulte et secreto fieri soleat... ad eam probandam sufficiunt *coniecturae*, indicia et praesumptiones; in n. 7: "quandoque dantur coniecturae aliqualiter urgentes, quae sufficiunt ad causandam suspicionem et probabilem praesumptionem. Aliquando possunt esse coniecturae atque indicia magis urgentia, quae proinde causant praesumptiones magis vehementes: aliquando etiam possunt esse urgentissimae, ita ut generent praesumptionem violentam. Citatur cel. cap. "Litteris" (c. 12. X de praesumptionibus II. 23).

In Causa 8. I. 1921 S. R. R. ad 4 in Facto allegantur plures coniecturae, quae relationem illicitam inter futurum maritum et sororem sponsae probare conantur; sed Sententia omnes coniecturas habuit insufficientes<sup>86</sup>. Subsequens Turnus die 3 aug. 1922 hanc sententiam cassavit<sup>87</sup>. In n. 5 allegatur pro illicita copula mariti cum sorore uxoris haec coniectura: La maîtresse de l'Hôtel m'a dit (=materterae): Mr. Louis et sa femme (=amasia) très belle en grand deuil, ont occupé la chambre n. 24". Haec asserta confirmantur a domino Henrico P., publico inquisitore, qui missus ad inquisitionem peragendam suis oculis vidi in libro diversorii vera esse, quae supra a domina Ioanna X (matertera) dicta sunt. Alia coniectura illicitae relationis: ambo in alia occasione in publico diversorio vitam duxerunt, sicut viro et mulieri convenit. Habitaverunt enim in eodem cubiculo et in eodem lecto decubuerunt. Alia coniectura haec fuit: Maria (amasia) dixit sorori: "tu ne peux pas te marier avec Mr. Louis; tout le monde dit que c'est mon amant". Insuper allegatur haec coniectura: amasia vixit subsidiis amasii, insimul communis visitatio theatri, spectaculi,

<sup>83</sup> A. A. S. vol. 49 p. 77; Oesterle, *Monitor Ecclesiasticus* vol. 82 (1957) p. 51-63.

<sup>84</sup> *Decisiones S. R. R.* vol. IV p. 88 ad 6. S. R. R. citat in n. 6: Rec. dec. 340 n. 3 et dec. 213 n. 11; postea dec. 337 n. 5 et ssq.; tandem n. 12. Iusta unice est citatio dec. 213 n. 11 p. 9 (= P. 9 tom. 1).

<sup>85</sup> *Decisiones S. R. R.* vol. VII p. 124 n. 5 ssq.

<sup>86</sup> 1. c. vol. XIII p. 5 ssq.

<sup>87</sup> 1. c. vol. XIV p. 242-252; in n. 3 asseritur: "in foro externo, si de coitu constat, praesumitur copulam fuisse perfectam, *etiam in foro interno*, quando non constat de opposito; quia iudicium recte fit ex communiter contingentibus"; in n. 9 retinetur haec praesumptio, *quamvis* amasia asseruerit: "je n'ai jamais voulu d'enfants". Iuste? danturne praesumptiones pro foro interno?

domus aleatoriae, visitationes absente marito. Insuper amasia recepit visitationem amasii induita veste, quae cum honesta familiaritate non bene componitur. Accedit tandem testimonium testium deponentium de vita facili, immorali utriusque amasii.

Vi can. 1986 defensor vinculi provocavit ad sequentem Turnum coram Massimi Ponente et prodiit Sententia 3. VII. 1923<sup>88</sup>. Cum exitu favorabili pro actrice seu constare de nullitate. Optime Sententia distinguit tria elementa probationis. Primo habentur argumenta, quae animum disponunt ad factum (=copulae habitae) admittendum, ut veri simile atque probabile. Quae argumenta sunt: a) Aloisii (amasii) et Mariae mores (amasiae); b) indoles et mores Constantini, Mariae viri, sc. "très peu de sens moral"; insuper "Constantin lassait très facilement Marie à Luchon et que Louis, qui était un viveur, était son cavalier servant"; tandem: "on prétendait même que Monsieur Constantin était un mari complaisant; on disait que Monsieur Louis était un ami généreux, qui aidait le ménage par les toilettes de Madame"; c) Divitiae Aloisii mercaturam lucrosae (lege: lucrosam aut lucrose) facientis et arcta condicio oeconomica Constantini militiae adscripti inter inferiores duces; d) mutuus et impurus Aloisii et Mariae amor. Sententia ex his elementis conclusit: Argumenta haec, primo loco ad ducta, facile ostendunt in casu omnia coniurasse in crimen, quod ideo verisimile atque probabile apparet. Secundo allegantur argumenta, quae rei probabilitatem multo augent et sunt: a) fama publica, quam ipsa Maria ipsiusque soror Ludovica concedunt; summi momenti est epistola cuiusdam D. ad matrem Henricae (=actricis) transmissa, qua scriptor acriter protestabatur in huius nuptias cum Aloisio ineundas. "Vous laissez votre troisième fille épouser l'amant de la seconde"; b) nimia familiaritas inter Mariam et Aloisium, quae per testes illustratur; c) pecunia, quae praesto erat sive Mariae sive eius viro ex contributo Aloisii; d) oppositio Mariae in nuptias controversas; e) frequens accessus Aloisii in domum coniugum Constantini et Mariae ibique producta commoratio, absente viro. Quae argumenta alterius seriei rem faciunt admodum probabilem, cum exposita adiuncta bene componantur cum facto copulae, vix autem explicari queant facto illo excluso.

Tertio: restant novissima argumenta, quibus rei magna probabilitas transit in moralem certitudinem. Sunt duo: a) adiuncta frequentis accessus Aloisii ad domum Constantini et Mariae ibique productae commorationis, absente viro. Ad hoc argumentum notatur: Sententiae primae instantiae parvi fecerat argumentum derivatum ex huius-

<sup>88</sup> 1. c. vol. XV p. 136-142; in n. 7 asserit iuxta disciplinam in S. R. R. vigentem: "quod si de copula constat, haec praesumitur perfecta, qualis requiritur, ut inde oriatur affinitas, nisi contrarium concludentibus argumentis demonstretur". Invocantur S. Alphonsus, Gasparri, Werzn, S. R. R.

modi assiduitate et frequentia, eo, quod non constitisset de suspectis frequentis accessus adiunctis. b) conversatio Aloisii et Mariae habita in oppido Luchon, mensibus iulio et augusto 1905. De qua commoratione deposuerunt duae puellae "bonnes" servientes in hospitio publico; una ex ipsis clam observabat "plusieurs fois" utrumque amasium in intima relatione conversantes. Ex his Auditores concludunt ad violentam praesumptionem, per quam carnis copula probatur.

Sententia intrat in obiectiones; prima haec fuit: uterque amasius negat perfracte crimen. Responsio haec fuit: reorum negatio, ut evertere non valet tot et tantarum rationum molem, ita facile explicatur per desiderium vitandae gravioris infamiae apud homines, coniunctum cum animo erga Deum impio. Alia difficultas haec erat: Maria protulit haec verba: "je n'ai jamais voulu avoir d'enfants; mon mari ne se sentait pas homme à porter la responsabilité d'un enfant dans la vie". Responsio S. R. R. haec fuit: in causa agitur de copula inter Mariam et Aloisium, neque constat de eiusdem Aloisii voluntate generationi contraria.

In Sententia 21 ian. 1924<sup>89</sup> in favorem copulae perfectae inter Stephanum et matrem Iuliae, futurae uxoris, sequentes conjecturas allegat<sup>90</sup>: a) ex parte familiae Stephani dicta consuetudo improbata fuit, quia Stephanus otio nimis indulgebat, quia dissidia inter utraque familiam nata erant, quia vicini de his relationibus uti valde suspectis confabulabantur. b) ratione *temporis* Stephanus veniebat et remanebat praesertim quando paterfamilias operariique absentes erant. c) ratione etiam *modi*, quo Stephanus in domo illa se gerebat, in gravem suspicionem cadebat dicta consuetudo; nam iuvenis minime ut amasius aut filius familias se habebat, sed uti dominus atque utebatur nimia familiaritate cum matrefamilias. Soror matris, de qua in casu, deponit: "c'était lui le maître, elle en avait peur, il la dominait". d) altera testis: "on voyait souvent Mr. Etienne et Mme F. assis sur le même banc dans le magasin". e) "solus cum sola erant et videbantur, prorsus commoti, si quis repente eos simul conspexisset"; f) "non solum in taberna pictoria seu in inferiore domus tabulato, Stephanus perstabat, sed in cubiculis superioribus, ibique se in occultum abdebat", ut testes deposuerunt. g) tandem nec Stephanus nec domina mater erant indolis tam gravis, ut omnis suspicio excludetur. h) Consequenter ad dictas conjecturas multi perpendentes per annos eiusmodi facta rationabiliter existimabant pravae naturae dictam consuetudinem esse. i) Per vicinia quoque diffundebatur non

<sup>89</sup> Decisiones S. R. R. vol. 16 (-924) p. 19-26 cum duplice Sententia affirmativa.

<sup>90</sup> in favorem *licitae* relationis inter Stephanum et matrem Iuliae sequentia elementa militabant: Stephanus venit uti pictor, ut magister filii iunioris, ut amicus patrifamilias, ut futurus sponsus filiae; insuper utraque familia affinitate coniuncta erat, quia avunculus Iuliae nupserat sorori Stephanii.

vanus rumor quidem, sed fama de hisce relationibus, confirmata per plures testes. k) mater filiae imposuit nuptias cum Stephano ad salvandam propriam famam aut ad faciliores suas turpes relationes redendas.

Sententia declarat: hae coniecturae per se nondum possunt creare moralem certitudinem quoad coitum carnalem; unde Auditores recurrent ad coniecturas urgentiores, quae sunt proportionatae ad probandam copulam; quae coniecturae sunt: a) actrix, cum esset quindecim annorum, improviso e schola rediens, vidi matrem de improviso regressu filiae turbatam et perterritam et ex suo cubiculo subito prorumpentem, nocturna veste indutam; qua in occasione filia perspexit Stephanum ex lecto materno exilientem, additque huic depositioni: "se vidisse alia occasione matrem etiam turpius agentem cum Stephano". b) similia deponit Iulius, frater actricis, de visa matre cum Stephanu in eodem cubiculo<sup>91</sup>. c) Aloisius, qui fuit operarius in paniificio matris, qua gavisa est Iulia, tempore suspecto, declaravit coniustudinem inter Stephanum et matrem Iuliae "relations condamnables", easque ulterius exponit.

Sententia in n. 7 declarat: facta haec a Iulio et Aloisio enarrata *per singula* sunt indicia imperfecta ad violentam praesumptionem coniiciendam, sed gravissimi sunt ponderis. Quod elementum uberior explicatur, ut deinde transitus fiat ad aliam coniecturam, sc. d) a teste Gustavo praestitam, qui fuit tempore suspecto operarius in paniificio F., parentem Iuliae. Gustavus deponit: "je les ai vus plusieurs fois, soit dans le salon, soit dans la cuisine, accomplir l'acte du mariage". Depositio Gustavi ab iudicibus non leviter admittitur, sed graviter ponderatur; depositio ipsius insuper a vidua quadam Maria corroboratur.

Unde Auditores coniecerunt violentam praesumptionem de coitu peccaminoso habito.

S. R. R. solvit tres difficultates: primo redarguitur Stephanus negans relationem; secundo: pater Iuliae asserit se nihil de hac relatione scivisse; tandem differentiae inter testes sunt accidentales.

Sententia: constare de nullitate matrimonii; Sententia facta est exsecutiva.

Sententia 19. I. 1927<sup>92</sup> pro facto affinitatis contractae et consequen-

<sup>91</sup> Mirum, quod Sententia ad n. 6 hunc testem declarat "impuberem", quamvis illo tempore circa a. 1900, fuit natus *quattuordecim annos*; unde iuridice pubes.

<sup>92</sup> 1. c. vol. XIX p. 10-16. Valde mirandum est de parocho, qui certior factus fuerat circa relationem Leopoldi sponsi cum matre futurae sponsae, nomine Balbina. Parochus nuntio de hac illicita relatione hoc dedit responsum: "me fit observer, qu'il s'agissait là d'un fait occulte, dont on ne pouvait pas faire la preuve et que c'était l'affaire du confesseur de s'en occuper". Qualis conscientia de officio parochi! Fecitne Leopoldus confessionem sacramentalem de hoc peccato ante nuptias?

tis nullitatis matrimonii sequentes coniecturas admisit: a) confessio-  
nem actoris; ipsius depositio, utpote actoris, non plene probat; sed  
veracitatem actoris plures sacerdotes absolute asserunt. b) Leopoldus  
amico suo factum relationis ultro concessit. c) mater Balbinae decla-  
ravit: "qu'elle n'avait rien à répondre aux questions de la S. Rote";  
ipsa applicat casui regulam iuris: "is qui tacet, non fatetur, sed nec  
utique negare videtur". (L. 142. D. 50.17)<sup>93</sup>. d) ante nuptias Balbinae  
fama retulit illicitas relationes inter Leopoldum et mulierem Y., ma-  
trem Balbinae, de quibus sacerdos F. L., qui informavit parochum  
ante nuptias et sacerdos D. G. e) amici et coniuncti propter hanc fa-  
mam erant contrarii nuptiis Leopoldi. f) inter amicos relatio in honesta  
habita est indubitate. g) uterque amasius "pluries et ad plures dies  
communem duxisse vitam, ut testes probant etiam circa particularia.  
Quae facta, ita S. Rota, turpium necessitudinum praesumptionem in-  
ducunt, si non vehementem et violentam, probabilem tamen et rationabilem. Cui praesumptioni accedit alia coniectura, sc. h) absentia  
viri aliasque omnis personae auctoritate praeditae. i) junior aetas fi-  
liarum; a. 1906 Balbina habuit 13 annos, altera undecim. k) accedit  
gravissimum argumentum. Balbina deponit: Leopoldus quando ha-  
bitavit cum familia Balbinae, dormivit, absente marito, in eadem ca-  
mera ac mater et uxor. Unde puella duodecim aut tredecim annorum  
sibi acquisivit persuasionem: "que ce Monsieur était l'amant de sa  
mère", et quoad illicitum coitum: "pour les avoir vus moi-même dans  
le même lit".

Maiorem attentionem meretur Sententia S. R. R. de 6 jul. 1932<sup>94</sup>.  
Ioannes 26. II. 1901 duxit in matrimonium Annam, praegnantem ex  
septem mensibus. Post 28 annos accusavit Ioannes matrimonium de  
nullitate ex capite vis et metus a patre illati et affinitatis illicitae, data  
praegnantia Annae a patre Ioannis causatae. In n. 3 carpitur senten-  
tia Tribunalis X, quae censuit impedimentum affinitatis esse evictum  
ex hac una complicum concordi confessione, quam pro veritate ha-  
buit, quia nulla probabilis dubitandi ratio adduci in contrarium pote-  
rat. Sed talis procedendi modus iudici non est concessus, cum alia ac-  
cedere debeant ad reorum testimonium, utut concors, iuridice exci-

<sup>93</sup> textus iustus hic est: "qui tacet, non utique fatetur; sed tamen verum est eum non  
negare". Sententia S. R. R. de 15 VII. 1930 (I. c. vol. XXII p. 393-400) coniecturas pro coitu  
illicito Faustini sponsi cum matre sponsae non habuit sufficietes; contra: parochus de vici-  
nia ac vulgi rumoribus nihil audivit, etsi mulier "adultera fuit uxor aeditui organorumque  
modulatoris; insuper banna publicata nullam accusationem causaverunt; tandem actor debuisset  
habere eodem tempore relationem cum sponsa et matre sponsae. Sententia loquitur de imma-  
nitate scleris, non admittenda. Quid experientia?

<sup>94</sup> I. c. vol. XXIV p. 280-286. Quae Causa in prima Instantia Tribunalis H favorabilem  
successum habuit ex judiciali confessione utriusque auctoris impedimenti sine ulla dubitandi  
probabilis ratione; S. R. R. 6. VII. 1932: "non constare de nullitate matrimonii in casu, nec  
de eius inconsummatione". Sententia 25. VI. 1934: "constare de matrimonii nullitate ex uno  
capite vis et metus". Altera sententia de 18 maii 1935: sententiam rotalem diei 25. VI. 1934  
esse confirmandam.

piendum, quae in themate omnino desiderantur, imo nec haberi potuerunt, quia uterque fassus est se nemini admissam culpam aperuisse. Nec rumor viciniae in casu habitus fuit. Quia patronus Causae tacite renuntiavit impedimento affinitatis, S. R. R. consideravit Causam unice sub ratione vis et metus.

Die 9 jul. 1934 S. R. R. tractavit aliam Causam ex affinitate illicita<sup>95</sup>; pater cum filia relationem dishonestam nutritivit; qui pater simul fuit patruus futuri sponsi. Unde impedimentum affinitatis, pro cuius existentia sequentes coniecturas S. R. R. allegat<sup>96</sup>: a) confessio extra judicialis immediate post matrimonium pluries facta; pater enim dixit: sese filiam *ita* nuptui tradidisse, ut tamen pergeret esse sibi non solum filia, sed etiam uxor et amasia. b) contra denegationem filiae seu conventae stat caterva testium, praeeunte ipso parochio Sebastiano, qui coram pluribus testibus audivit crimen a patre conventae. Quae patris verba non sunt tribuenda vesanae impudentiae, aut levissimae patris indoli aut ioco aut irae, sed gaudent verisimilitudine. c) accedunt quinque testes, qui ab actore ex auditu instructi fuerunt. d) habentur testes oculati; uxor Maevia, quam maritus incestuosus e domo eiecerat, et quae gaudet optima fide, virum suum filiamque in eodem lecto iacentes perspexerat. Nurus Claudia deponit: filiam coram ipsis propinquis et affinibus cum patre ordinarie concubuisse, et refert verba gloris: "je veux faire avec mon père tout ce que je veux. Je méprise tout ce que disent les autres sur mon compte". e) testes extranei, qui deprehenderunt patrem cum filia concubantem. Unus ex his testibus, Serapius, deponit de tempore postmatrimoniali. Valet illatio: si post matrimonium, quid ante? f) libido iam transiit in consuetudinem, vincentem naturae horrorem; g) uterque, pater et filia habentur valde corruptis moribus. h) filia conventa vix expletis duodecim annis in silva visa est in actu copulae cum quodam coniugato.

Eodem anno, sc. 28. VII. alia Causa ex Ecclesia Orientali discussa est a S. R. R.<sup>97</sup>. Coniecturae in favorem affinitatis sequentes alle-

<sup>95</sup> 1. c. vol. XXVI p. 480-483. Causa processit ex Oriente. S. C. pro Ecclesia Orientali eam detulit S. R. R.

<sup>96</sup> Confessio judicialis patris et filiae —Sententia loquitur de *coniugibus*— non habetur, quippe quos puduit infandum et inhumanum crimen judicialiter confiteri; imo sacratis verbis pater factum negat. Maevia uxor confirmat crimen.

<sup>97</sup> 1. c. vol. 26 p. 543-551. Alexander ritus maronitici in urbe N. habitare coepit in diversorio cuiusdam Anastasiae, quacum familiaritatem tam suspectam nutritivit, ut rumor populi de pravis relationibus inter eos existentibus ortus sit. Anno 1917 Alexander etiam cum filia, nomine Savina, relationem habuit. Cum deinde obstetrix deflorationem testaretur, Alexander cum puella matrimonium iniit. Sed pater restitit denuntiando impedimentum affinitatis Ordinario loci. Qui vocavit utrumque sponsum. Sed Alexander et Anastasia sub iuramento negaverunt omnem relationem turpem. Unde archiepiscopus matrimonium permisit, a. 1917. Sed iam a. 1922 Savina fidem matrimoniale violare coepit et statuit fugam arripiendam a. 1928 cum viro ditissimo Aegyptiaco. Eodem anno Savina accusavit matrimonium de nullitate ex capite affinitatis. Utrumque Tribunal Orientis declaravit: non constare. Obtenta restitutione in integrum actrix in prima Instantia tulit sententiam negavim; alera dedit favorablem, quam S. R. R. confirmavit.

gatae sunt: a) confessio patris, quo gaudet Alexander. Ipse pater per sex menses cum filio in eodem diversorio cohabitavit et depositus: filium cum Anastasia in eodem cubiculo et lecto cubuisse. Pater doctus in iure canonico monuit filium et Anastasiam de nullitate matrimonii Savinae; inutiliter; adiit Ordinarium loci, qui deceptus permisit matrimonium. b) Ipse Ordinarius audiverat de rumore populi. Egitne iuste in eo, quod plenam fidem Alexandro et Anastasiae dedit, non obstante clara declaratione patris circa affinitatem? Nonne saltem ad cautelam dispensationem concedere debuisse? Sed "illorum denegationibus fidem tribuens id (=dispensationem) superfluum putavit"; c) Complices coram iudice culpam suam explicite fassi sunt; Alexander visis quibusdam epistolis non poterat amplius negare factum. d) depositiones illorum testium, qui manifestant illas circumstantias, ex quibus violentae praesumptiones de copulis fornicariis habentur, et sunt: 1) Alexander vixit cum Anastasia "dans une seule chambre nuit et jour"; 2) alter testis *de visu*: "j'ai vu de mon propre yeux, que dans la chambre, où ils habitaient, il n'y avait qu'un seul lit"; 3) eodem sensu loquitur soror actricis, Anna; testis E. F.; conventi frater Antonius, plures testes de visu; e) depositiones testium, quae patet faciunt publicitatem et notorietatem peccaminosae relationis. Exempli tantum gratia allegantur quaedam depositiones; nam nimium esset omnia huc spectantia adducere; f) documenta genuina, sc. epistola a patre Alexandri scripta ad filium et uxorem, et ab Alexander ad matrem<sup>98</sup>.

S. R. R. de 1. III. 1938 cum exitu favorabili decidit Causam de affinitate<sup>99</sup>. Coniecturae pro copula perfecta exercita fuerunt sequentes: a) violenta praesumptio ex Leilae narratione deducta; ipsa propriis oculis vidit Marcum tota nocte commorantem in eadem camera clausis ianuis et non apertis, quamvis filia cameram intrare voluit. Leila eo magis attenta fuit, quo certius scivit "alcuni precedenti non buoni di mia madre"; b) narratio Annae, sororis actricis; Anna deponit: "invitata da mia sorella, vidi il Marco, che si abbottonava; era verso il mattino". c) confessio ipsius matris; d) conventus primo

<sup>98</sup> S. R. R. 26 oct. 1935 diiudicavit cum eventu negativo causam affinitatis illicitae; rationes fuerunt sequentes: asserta in foro civili affinitas numquam probata est in foro civili; testes praecipui neque sunt fide digni neque ex depositionibus ipsorum, et si verae essent, violenta praesumptio hauriri potest; insuper ipse complex docuit testes; testes, qui ab aliis notitiam receperunt, rem probare non valent; tandem ipsa convertita negat fornicationem ipsi adscriptam, et saltem eandem fidem meretur, ac maritus seu actor (1. c. vol. 27 p. 570-581).

<sup>99</sup> 1. c. vol. 30 p. 127-146. Casus hic fuit: Leila, puella 16 annorum, obvium habuit Marcum, decem et septem annorum, et mutuo amori operam dare ipsi cooperunt. Accidit autem, quod Leila "un giorno scoprì il fidanzato in intimi rapporti con la di lei madre". Qua ex ratione Leila aversionem cepit in sponsum, cui nullo modo nubere voluit; sed Marcus omnibus mediis usus est ad cogendam sponsam ad matrimonium, quod per hanc Sententiam declaratum fuit nullum ex capite vis et metus. Eodem anno decisa Causa Sidonien. Maronitarum 9. VI. 1938 (1. c. p. 329-333) in sensu negativo; nam actor mendax; testes subornati; documenta falsa; copula asserta ut causa affinitatis est habita post nuptias.

pertinaciter negavit, postea crimen concessit; e) testes plures; f) epis tolae Tribunalis exhibitae alludunt ad hanc illicitam relationem.

Sub data 16. VII. 1943<sup>100</sup> sequens Causa decisa fuit: Lucia nata 1894 13. XII. iam 25. I. 1912 duxit quendam Ioannem in matrimonium. Anno 1939 tandem Lucia accusavit matrimonium de nullitate ex capite vis et metus; sed exiit 1941 sententia atrici contraria. Interim patronus Causae invenit aliud nullitatis caput, sc. affinitatem. Unde S. R. R. obtenta Commissione Pontificia hoc caput in prima Instantia dijudicandum suscepit. Coniecturae pro impedimento creato fuerunt sequentes: a) confessio rei conventi, indicati complicis, in continuato commercio adulterino cum matre Luciae, sponte facta, tempore non suspecto<sup>101</sup>. b) testis I. T., consobrinus conventi, in communi deambulatione sponsi et sponsae cum matre hanc recepit impressionem: "mio cugino se la faceva colla madre, anzichè colla figlia", ita ut sibi proposuerit quaestionem: "ma costui, s'è fidanzato con la madre o con la figlia"? Unde suspiciones de illicita relatione<sup>102</sup>. c) certa adiuncta: Ioannes post militiam assumptus est, inhiando nuptias cum Lucia, in domum parentum die ac nocte, et mater Luciae neque pro se neque pro filia huius hospitalitatis indecentiam advertit. Quae omnia bene explicantur, si admittitur matrem Luciae obcaecatam tunc in sua libidine, abusam fuisse fiducia mariti et nullam sollicitudinem persensisse honoris sui ac filiae. Nonne mater desiderando post nuptias filiae residentiam generi in eadem domo spem nutritivit prava commercia cum iuvene reassumere? d) confessio matris in articulo mortis facta atrici. e) testis A. S. enarrat circumstantias proximas adulterii; testis alias enarrat remotiora ab ipsis actibus fornicationis<sup>103</sup>.

In Heliopolitana Maronitarum S. R. R. 5 aug. 1943<sup>104</sup> edixit constare de nullitate matrimonii ex capite affinitatis ex sequentibus conjecturis<sup>105</sup>: a) ex fama positiva<sup>106</sup>; ipsa Caia de Abda confessa est:

<sup>100</sup> 1. c. vol. 35 p. 577-593.

<sup>101</sup> S. R. R. valde miratur, quod neque partes neque testes nec patronus ipse cogitaverint de introducenda causa ex capite affinitatis, quamvis conventus coram Tribunalis primae Instantiae sponte confessus fuerit: "il motivo di queste pressioni era una relazione intima praesistente fra il convento stesso e la madre dell'attrice".

<sup>102</sup> Pater Luciae depositus: "di costumi mia moglie è sempre stata una santa e perciò escluso assolutamente che vi siano state delle scorrettezze tra lei ed il Giovanni".

<sup>103</sup> S. R. R. Sententiam confirmavit 24 nov. 1945 (1. c. vol. 37 p. 650-656).

<sup>104</sup> 1. c. vol. 35 p. 685-699.

<sup>105</sup> Ex mandato R. P. Causa, utpote difficilis, a *quinq* iudicibus discussa fuit; Abda, ritu maronita 21. XI. 1936 matrimonium inierat cum quadam puella 18 annorum, iam violata a proprio fratre. Paratus ad dimittendam uxorem Abda cum iurisperito locutus est asserendo se iam ante nuptias cum Caia, matre Mariae intimas relationes nutritisse. Coram Ordinario loci nullitas matrimonii declarata fuit. Paulo post appellationem ad Patriarcham institutam Maria recursum fecit ad S. C. pro Ecclesia Orientali, quae Causam detulit ad S. R. R.

<sup>106</sup> plures testes silentium praetulerunt tum in favorem Petri, qui erat pater Mariae tum ad vitandas contentiones in parvo pago facile orituras.

"ci frequentava di notte e i vicini lo vedevano". Clara quaedam testatur quosdam iuvenes habitationem Caiae nocte circumdedisse cum intentione: "stiamo spiando Abda et Caia"; et D. V. delegatus ad instructionem Causae quosdam interrogavit, utrum Abda contentus sit de suo matrimonio; plures responderunt: "se non è contento di sua moglie, ha la madre di lei". Pro hac fama confirmando adducuntur plures testes; unus ex ipsis indicat scopum relationis inter Abda et Caiam: "l'uno era la passione animale di Caia stessa e l'altro il matrimonio della figlia Maria con Abda". Tandem grave est testimonium *sacerdotis* Aloisii, qui deponit de pessimis moribus Caiae. b) allegantur duo graves testes deponentes "condotta è scandalosa" mulieris; maritus Caiae discors cum filio Andrea exclamavit: "va, figlio di così e così e domanda a tua madre se sei mio figlio o no". c) confessio Abda; d) confessio sat lucida Mariae deponentis: "mio marito, da quando cominciò a frequentare, aveva relazioni amorose con mia madre, come fosse suo marito"; quae relatio diversis in locis sese prodidit; e) confessio Caiae, quae sponte crimen concedit: "caddi con lui nel fallo ed allora ebbero luogo tra noi più volte atti coniugali"; insuper concedit etiam duas filias de hac relatione conscientias esse. f) testis Helena, soror Mariae; g) triplex docti ac pii parochi Iosephi confessio. Aliquis diebus post nuptias novit parochus secreto ab Abda incestus Mariae, adulteria Caiae. Abda exinde misit ad sacerdotem mulieres, ut omnia extrajudicialiter faterentur. "Prima (Abda) ha portato la sua suocera sola, la quale confessò che amava Abda e con lui faceva atti coniugali completi come un uomo fa con sua moglie. Ha portato poi sua moglie sola, la quale (post admissos incestus et inconsummationem matrimonii) circa sua madre, ha dichiarato che la vedeva "o la sorprendeva con Abda in uno stato scandaloso, che non conviene se non fra marito e moglie". Finalmente mi ha portato Elena, sorella di sua moglie, la quale... ha dichiarato dinanzi a me solo che essa vedeva Abda in uno stesso letto con sua madre. Io personalmente sono convinto che non vi è connivenza di sorta, ma una verità evidente". Sacerdos etiam plurium indiciorum fonte suasionem hauriebat.

Incredibilis est conatus partium, testium obfuscandi Causam. Sententia loquitur de mendaciis puerilibus.

Sententia fuit affirmativa seu constare de nullitate.

### 3) *Coniecturae ex Resolutionibus S. C. Concilii.*

Restringimus investigationem ad ultimos quadraginta annos (1869-1908), allegando Causas magis illustrantes doctrinam de conjecturis.

In Causa Melevitana 29. V. 1869<sup>107</sup> ventilata fuit quaestio, utrum

<sup>107</sup> Thesaurus S. C. C. vol. 128 p. 328-335.

Iosephus Zarb cuidam Ioachinae Calleia matrimonium promiserit seu, quod idem est, sponsalia contraxerit. Iosephus, cui Curia posuerat illud "nihil transeat", absolute negavit hoc factum; S. C. C. autem contra ipsum sequentes conjecturas statuit: 1) tu habuisti tractatum cum Calleia ad hoc, ut inter te et illam amicabilis transactio intercederet. Nonne stulta et inutilis fuisse huiusmodi conciliatio, si sponsalia non praecesissent? 2) tu ipse concedis, te in iuventute tua puellam in sua domo visitasse, locutum fuisse cum ipsa de matrimonio contrahendo. Tu utique asseris, te solum iocose verba protulisse. Si finxisti consensum, stat contra te axioma iuridicum: "nemo aestimandus est dixisse, quod non mente agitaverit" (1. 7. D. 30. 10). 3) alii actus per tot annos protracti serum fuisse animum facto ipso confirmant (p. 331 § Verum).

Materiam amplam conjecturarum suppeditat Causa Salernitana Matrimonii haud quotidiana de 26 iunii 1869<sup>108</sup>. Species facti haec est: Ioannes Pagliara circa a. 1840 defloraverat puellam quandam, nomine Lucia di Rosa, cum qua, obdisidente patre, obdisponentem conditio nem, coniugium contrahere non valebat. Excogitavit itaque inducere famulum suum Andream Milite, ut cum ea matrimonium contrahendum simularet cum scopo, ut inde liberam illius copiam haberet; debebat enim famulus e loco confestim abire, et uxorem penes se relin quere, recepta mercede simulationis. Reapse matrimonium ita locum habuit anno 1845, cui nec coactio mulieris defuit, quae acriter refragata est ignorans simulationem, et ab eo usque tempore ad annum 1856 Ioannes et Lucia uxorio modo convixerunt sexque liberos genuerunt accurate educatos. Propriae hinc animae tandem consulturi contubernales una cum facti viro a parocho Caietano Izzo expetierunt vulgari casum, reticitis nominibus, cui de iure, ut matrimonium rescinderetur, et facultas esset mulieri nubendi cum defloratore. Respondente tamen S. Poenitentiaria adiri oportere S. C. C., novam parochus Izzo, suppressis pariter nominibus, petitionem porrexit sub a. 1859 pro nullitate matrimonii, quae remissa est archiepiscopo Salernitano ut procedat prout de iure.

Coniecturae respexerunt triplex factum, sc. plenum defectum consensus seu simulationem totalem, vim et metum iniusti incussum, inconsummationem matrimonii.

<sup>108</sup> 1. c. vol. 129 p. 410-422. Causa duabus vicibus tractata est apud S. C. C.; secunda vice S. C. C. sese occupavit cum ipsa die 2 et 24 III. 1871 (1. c. vol. 130 p. 297 sq.). Die 2. III. 1871 quaestio sub duplice dubiorum formula proposita fuit: I; an Sententia Curiae Salernitanae sit confirmanda vel infirmando in casu. Et quatenus negative ad primam partem, affirmative ad secundam partem. II; an sit consulendum Ssmo super dispensationem matrimonii rati et non consummati in casu. S. C. C. respondit: ad I. Sententiam esse confirmandam, vetito tamen viro transitu ad alias nuptias, inconsulta S. Congregatione. Ad II. Provisum in primo. Die autem 24 III. Cardinales responderunt ad I. et II. In decisio. Dubia haec erant: I. An sit standum vel recedendum a decisio in primo dubio in casu; II. an sit standum vel recedendum a decisio in secundo dubio in casu.

Gravem coniecturam simulationis continet pactum inter Pagliara et Milite initum huius tenoris: ducas Luciam "a patto che l'uno non dovesse avvicinare l'altra con essere coniugi di solo nome"; insuper remansit Lucia de facto apud Pagliara; Milite autem operarius in opificio — di potassa — patris Pagliara — promissionem observavit, ne a servitio patris, quem habuit deflorator, Pagliara expelleretur.

Ulteriorem coniecturam praestat ipse actus celebrationis matrimonii. Carolus Gaudiosi, a. 1845, quo celebratum fuit matrimonium, astitit uti oeconomus nuptiis. Interrogatus fuit, utrum Lucia in praestando consensu demonstraverit "titubanze" et utrum pater Luciae matrimonio praesens fuerit. Testis respondit: "che al principio diede qualche segno di titubanza, e che alla terza interrogazione rispose deliberatamente si e voglio". *Pater erat praesens*. Insuper: "Lucia non era pomposamente vestita, ma neppure in abito dimesso". Rem clarius exponunt duo testes matrimonii: Lucia non "volle rispondere, alla terza, dietro un cenno del padre, chinò il capo e disse si. "La medesima venne in chiesa scioltamente e senza pompa".

Coniecturae circa metum hae sunt: Lucia vix certiorata de mente patris, ex suggestionibus Ioannis Pagliara eam tradendi in coniugium Andreae, cum solas nuptias divitis defloratoris concupisceret nec foeditati simulationis matrimonii obsecundare vellet, statim contristata est et demonstravit gravem sui animi aversationem erga futurum sponsum, protestando "che non voleva sposarlo e che non lo avrebbe giammai sposato". Porro Lucia numquam Andream oculis cernebat paucis illis diebus, in quibus tractatus perdurarunt; suo amasio Ioanni autem dixit: "che non avrebbe sposato altri che lui, e che quando non voleva fare il matrimonio, doveva chiuderla in un conservatorio". Nec non Lucia mox lacrimis, mox fugis repetitis penes amitam, conquestionibus cum oppidanis de pressione lamentata est. Quando haec omnia patri innotuerunt, ira percitus cultro et tormento bellico saepius adoriebatur, quibus occisa fuisset, ni vel mater adesset vel fugae se committeret. Insuper ex oculis patris necem minitantibus tandem Lucia affirmavit assensum, "mentre il mio cuore era tutto agitato della violenza che mi si faceva e la mia mente agitata e confusa". Ad has coniecturas accessit: testes sacramentales et parochus nuptiis benedicens testantur: Luciam ivisse ad ecclesiam sordidam et incomptam; et ipse sponsus vidit, quod Lucia "fu portata a forza in chiesa da suo padre e da suo fratello, i quali minacciavano di ucciderla, perchè assolutamente non voleva sposarmi". Pater tandem fassus est "che se non diceva di si, l'avrei uccisa".

Pro tempore *postmatrimoniali* Sententia notat plures coniecturas: a die 15. V. 1845 usque ad a. 1869 Lucia semper uxorio more vixit cum Pagliara; ab ipso plures filii nati sunt, qui plerumque baptizati sunt sub nomine Pagliara; Milite vero numquam cum Lucia cohabitavit, numquam cum illa commercium carnale habuit. Tandem An-

dreas "era convenuto con D. Giovanni che Lucia doveva essere sua moglie".

Pro inconsummatione matrimonii in casu sequentes conjecturae militarunt: "appena celebrato il matrimonio Milite fuggì e la Di Rosa ritornò col Pagliara; dopo il matrimonio Pagliara chiamò Milite e gli ordinò di andarsene via dal servizio del Padre. Lucia neanche un'ora dopo la contrazione è stata sotto la potestà del marito". Etiam data, non concessa cohabitatione, consummatio cogitari nequit. Nam Lucia retinuit Andream "leso e schifoso" ipsumque perpetuo obhorruit.

S.C.C. die 23. III. 1872 haec decidit:<sup>109</sup> Quaestio fuit: cui competit vi dispositionis fundatoris cappellaniae laicalis ingressus in cappellaniam post mortem ultimi titularis, utrum sc. Laurentio Antonio Galloni, utpote primogenito masculo in tota linea foeminina, an Dominico Polsinelli, nepoti Theresiae Cascioni secundogenitae Thomae Mariani, instituti in ultima voluntate; insuper nepos solus in tota linea foeminina sacerdotis qualitate a pio Institutore requisita pollebat.

S.C.C. respondit: "Affirmative ad primam partem, et negative ad secundam"; ad Dubium propositum: "an possessio cappellaniae danda sit sacerdoti Dominico Polsinelli vel potius manutenendus sit in eius possessione Laurentius Antonius Galloni in casu".

Conjecturae in favorem Polsinelli fuerunt sequentes: 1) ipse solus, utpote sacerdos, habet pro se pii institutoris voluntatem; clara enim sunt verba institutoris iubentis: "che si preferisca ad ognuno il sacerdote subito asceso al grado, ancorchè si trovasse cappellano, rettore e amministratore un altro". Adversarii objectionem hanc fecerunt: illud praeceptum praelationis valet tantummodo pro casu, quo sacerdos esset de linea masculina familiae Mariani; verba enim proxime antecedentia dicunt: "il cappellano, rettore o amministratore sia sempre della famiglia Mariani della linea mascolina". S.C.C. respondit: "non ex verbis huc illuc excerptis ac seorsim inspectis, sed ex contextu aliquis adiunctis fundatorum voluntas exquiritur, ac dignoscitur" (1. 14. D. 28. 1; Nov. 22. c. 2; 1. 5 C. VI. 27). 2) Voluntas fundatoris iuxta contextum favet clericis et sacerdoti: unde in quaestione inter sacerdotem et laicum, relate ad cappellaniae possessionem iudicium ferri debet, quod sit conformius illi voluntati (1. 25 § 1 Lucius D. 28. 2). 3) Fundator in sua dispositione loquendo de praelatione et aliis conditionibus usus est termino: "che si preferisca ad ognuno il sacerdote". Igitur sacerdos est intelligentus pro quolibet lineae gradu. 4) Fundator non distinxit plures lineas descendenter, sed collective omnes descendentes data praelatione primogenitis tum in masculina tum in foeminina linea universim sumpta, et supra primogenitos data praelatione sacerdotibus. Igitur sacerdotis qualitas dummodo reperiatur intra fines

<sup>109</sup> 1. c. vol. 131 p. 214-223 in Verulana Cappellaniae.

lineae foemininae, submovit primogeniti qualitatem. 5) argumentum, quod sequentem syllogismum exhibit, dicit ad absurdum: voluntas institutoris maxime ex affectionibus desumitur erga personas institutas. Iamvero in themate affectio fundatoris maior certe fuit pro primogenitis lineae masculinae domus Mariani, quos directe et in specie vocaverat, quam pro descendantibus lineae foemininae, quos tantum in defectu priorum adlegerat (1. 34 D. VII. 1). Necessario ergo praesumitur fundator prioribus magis quam posterioribus favere voluisse. At vero, si praelationem sacerdotis ad lineam masculinam familiae Mariani contrahamus, contrarium prorsus factum esse confitebitur; nam sacerdos "ex voluntate institutoris excluderet primogenitos lineae masculinae, non excluderet vero primogenitos lineae foemininae minus dilectos". Ergo praelatio, de qua sermo, universam institutionem ac substitutionem afficit, ideoque competit pleno iure Dominico Polsinelli, quippe qui solus in tota linea substituta sacerdotis qualitate decoratur.

S.C.C. tractavit die 22. III. 1873<sup>110</sup> Causam Meliten. Redituum et Emolumentorum seu Massae Communis.

In civitate Pitii (Pizzo) dioecesis Meliten. fuit olim unica ecclesia parochialis sub titulo S. Georgii M., quae per duos rectores regi solebat. Gregor. XIII per Bullam "In Supremae" de 5. III. 1576 suppressit nomen, titulum, denominationem rectorum et erexit ecclesiam parochialem in collegialem. Archipresbyter curatus pro cura animarum gavisus est quattuor oeconomis coadiutoribus. Cum autem in regno utriusque Siciliae ecclesiae collegiatae suppressae fuerunt, archipresbyter Curcius studuit negandae collegialitati ecclesiae S. Georgii, asserendo ecclesiam S. Georgii numquam veram collegiatam fuisse, sed honorariam tantum. Pro suo asserto allegavit sequentes coniecturas: a) ecclesiam a primaeva sua origine parochialem tantum fuisse, a duobus rectoribus gubernatam; b) Bulla Gregorii XIII non abstulit parochialitatem, sed confirmavit; c) parochi iurisdictionem ampliavit, constitutens parochum caput Collegii; d) canonici nihil aliud sunt, nisi totidem coadiutores parochi in Collegium coadunati. Archipresbytero hae obieciones factae sunt: a) canonici convocantur in Capitulum ab ipso archipresbytero; b) celebratur missa conventualis; c) communiter celebrantur horae canonicae; d) habetur arca, sigillum, massa communis. Ad has difficultates respondit archipresbyter: haec omnia sunt *signa aequivoca* neque valent ad invicte statuendam ecclesiae collegialitatem; insuper addit: desunt verae praebendae iure canonicae canonicis adsignatae; porro: collegiata est accessorium parochiae.

Canonici in suum favorem has coniecturas allegant: a) Collegialitas est suppressa a potestate *laica*; unde in foro canonico non valet; econtra: adhuc iuridice stat et consequenter omnia observanda sunt,

<sup>110</sup> 1. c. vol. 132 p. 296-318.

quae in Bulla Greg. XIII praecipiuntur; b) status, quem creavit Bulla Greg. XIII remansit usque ad illud momentum, quo Curcius archipresbyter susdeque omnia evertit; c) argumentum a pari praestat suppressio domorum et Ecclesiarum pertinentium ad regulares. Suppressio per Gubernium non mutavit ipsorum condicione iuridicam. d) si S.C.C. consentiret votis Curcii - ita argumentantur canonici - duplex incommodum obventurum esset: primum pro ipsa Ecclesia Pitii, quatenus iura a canoniceis quaesita, statuta, consuetudines, leges subverterentur cum magno scandalo populi et Cleri; secundo: maius detrimentum capiet disciplina et auctoritas ecclesiastica; nam non amplius dignosceretur, quibus legibus regi deberent tot capitula in Italia suppressa; auctoritas ecclesiastica vilesceret; e) ecclesia S. Georgii est collegialis, non honoraria: f) Curcius in contradictione versatur; una ex parte auctoritatem laicalem acceptat, si ipsi plauiserit, reicit autem in iis, quae ipsi non placent.

S.C.C. ad Dubium: "an et quomodo annuendum sit precibus canoniconum in casu" respondit: "Affirmative, et curandum ab Episcopo compositionem iuxta Instructionem".

In Causa Lycien. Matrimonii de 20 jun. 1874<sup>111</sup> S.C.C. ad demonstrandam impotentiam ex vitio intrinseco habuit uti conjecturas erectionem membra virilis sive diminutam vel non permanentem (p. 340).

S.C.C. in C. Pisauren. 22. V. 1875<sup>112</sup> tractavit causam nullitatis matrimonii contracti inter Belisarium Francischelli et Lucretiam Selvetti. Belisarius amatorem sese praebuit Lucretiae et cum ea ipsiusque matre Virginia maximam nutrita familiaritatem et in ipsarum domo nedum die, sed nocte etiam saepe remansit; deinde Belisarius cum praegnante Lucretia a. 1851 nuptias celebravit, ex quibus proles prodidit. Die 17 dec. 1857 sponsa matrimonium accusavit ex capite affinitatis illegitimae. Belisarius enim confessus est se cum Virginia, matre Lucretiae, carnale commercium coluisse ante connubium celebratum; mater autem conscientiae stimulis lacesita asseritur filiae factum manifestasse, adacta stultissimi viri consilio ad rei veritatem patefaciendam. Tum Virginia tum Belisarius coram iudice factum copulae illicitae concesserunt; nihilominus tres Instantiae sententiaverunt: non constare de nullitate matrimonii in casu.

Testes in favorem affinitatis illegitimae sequentes conjecturas afferrunt: Belisarius "frequentava la casa di Virginia Selvetti, trattando la sua figlia Lucrezia"; "in una volta essendo Belisario inquietato con la madre Pellegrina, rimase a dormire in casa della Virginia, la quale però unitamente alla Lucrezia e noi scolare rimase a lavorare quasi

<sup>111</sup> 1. c. vol. 133 p. 279-377.

<sup>112</sup> 1. c. vol. 134 p. 312-395.

tutta la notte". Altera testis: "per me non ho veduto niente, che mi potesse generare sospetto"; tertia testis post allegata elementa minoris momenti declarat: "per la pura verità posso dire di aver mai sentito che Belisario dormisse nella casa della Virginia; meno che vi tenesse i panni". Famula in domo Selvetti allegat utique gravissimam coniecturam de affinitate, sc. dormitionem matris et filiae cum Belisario in eodem lecto, sed "totam illius mulieris pallidae morte futura narrationem habendam esse ut figmentum perturbatae mentis ita evidens est, ut nihil magis". Etiam aliae testes ex sexu foeminino gravissimas coniecturas de perfecta copula Belisarii cum Virginia afferunt, sed Votum theologi, D. Ioannis Baptistae Storti (1. c. p. 315-361) arguit testes de mendacio. Vix in aliquo Voto Consultorum partes et testes tam acriter dilacerantur et carpuntur, quam in hoc Voto. In Voto Canonistae (p. 361-380) est sermo de duobus testibus, qui utuntur verbo: "*congetturai*". Etiam Canonista non dubitat acerbe carpere et dilacerare partes et testes. Ut taceam de defensore vinculi, qui citando plures decisiones S.C.C. circa affinitatem illegitimam iuste animadvertisit: "alias enim cuncta fere matrimonia dissolvi possent, cum praesertim coniuges pravis imbuti moribus concorditer ad matrimonii validitatem subvertendam pro viribus incumbant". Addendum erit: imprimis, si non desunt advocati etiam catholici qui partes et testes instruunt circa argumenta preferenda ad rem, etiam sub periurio, ut experientia docet. Quae Causa est perplurimum instructiva; docet depositiones partium et testium prudenter cribandas et ponderandas.

S.C.C. die 10 jun. 1876<sup>113</sup> tractavit C. "Viterbien. Capellaniae"; qua in Causa coniecturae sibi amplum occupant locum. Casus hic est: Petrus Viti quidam die 5. XII. 1779, relictus haerede usufructuaria omnium bonorum suorum amita Olympia Viti, disposuit, ut ipsa mortua ex iisdem bonis erigeretur legatum vel Capellania in Ecclesia parrociali S. Mariae Novae civitatis Viterpii, ac reliquit iuspatronatus ipsi parochio pro tempore, qui Prioris titulo decoratur. Defuncta haerede usufructuaria Episcopus suo Decreto diei 5. XII. 1799 ad erectionem Capellaniae devenit atque in eiusdem dotem adsignatis omnibus et singulis bonis atque iuribus ad haereditatem Petri Viti pertinentibus oneribusque descriptis "ius nominandi et praesentandi capellanum ad dictum Legatum Pium seu Capellaniam, quandocumque vacare contigisset, reservavit et concessit Prioribus pro tempore praefatae parochialis Ecclesiae etiam cum facultate petendi gratificationem quatenus pro se retinere vellent, modo et forma" in testamento expressa. Atque ut res usque ab initio recte procederet, institutionem dedit D. Iosepho Smeraldi, qui ab ipso testatore fuerat nominatus. Quo mortuo Prior

<sup>113</sup> 1. c. vol. 135 p. 344-354.

parochus illius temporis Episcopo obtulit preces, ut sibi Capellaniae institutionem dare vellet votique compos factus, etiam post dimissam parochiam, in illius possessione permansit usque ad vitae exitum, qui contigit a. 1852. Eo tempore rexit dictam Ecclesiam D. Blancus Bruni. Hic, mortuo capellano, noscens *in sui favorem* iura patronatus exercere non posse, sui antecessoris exempla secutus, petiti et ipse ab Episcopo ut sibi gratificaret et Capellaniam concederet. Parochi patro- ni precibus morem gessit Episcopus, qui suis litteris diei 16 Septembris 1852 sequentibus verbis eidem Capellaniam conferebat "ad formam pii testatoris voluntatis volentes gratiam tibi facere specialem, ordina- ria, qua fungimur auctoritate petitam gratificationem concedimus, et in Capellanum dicti legati pii laicalis perpetui seu Capellaniae... quoad vixeris instituimus, etiamsi postmodum tuae praebendae parochiali seu priorali quam possides renunciaveris". Hisce habitis Prior Bruni in veram et realem possessionem immisso fuit; sed paucis elapsis annis gravi morbo correptus parochiali praebendae nuntium dedit retinendo Capellaniam, in cuius pacifica possessione mansit ad haec usque tem- pora, quin ullam pertulerit molestiam.

Sed initio a. 1876 Prior parochus Marianus Fontecedra, qui ab an- no 1859 dictam regit ecclesiam, S.C.C. sequentia proposuit Dubia: I "an dicti duo parochi bene egerint retinendo Legatum seu Capella- niam; II an Legatarius actualis, non amplius parochus, apud se reti- nere possit Capellaniam sine ullo consensu parochi successoris, cum sit expressa voluntas institutoris, quod praedicta Capellania seu lega- tum esse debeat penes parochum".

Episcopus ad instantiam S.C.C. respondit ad Dubia: "Ad primum providebitur in secundo; ad secundum: Affirmative".

Etiam S.C.C. statim descendit ad secundum punctum. Primo in favorem Prioris parochi Fontecedro sequentes coniecturas profert: 1) integra dispositio testatoris in suum commodum interpretari potest, etiamsi eidem aliquid minus favere videtur. Ratio est ille pulcherrimus textus cap. 6 de Donationibus (c. 6. X. III. 24): "in contractibus plena, in testamentis plenior, in beneficiis plenissima est interpretatio adhibenda". Ex quibus duplex consectarium deduci posse videtur, nempe legatum huiusmodi naturam prae se ferre Capellaniae laicalis et esse amovibile ad nutum. Nam testator *parochum* beneficare voluit; coniectura pro Capellania laicali hauriri potest ex eo, quod testator numquam vocabulum beneficium, cui capellania ecclesiastica aequiparatur, vel verba aequipollentia adhibuit; numquam sermonen de fa- cienda erectione auctoritate Ordinarii instituit, sed suam fundationem vocavit simpliciter Capellaniam, legatum.

2) non obstare videtur erectio Capellaniae ab Episcopo facta aut certa dos in certa Ecclesia constituta; nam erectio Capellaniae ab Ordinario facta esset contra testatoris voluntatem, atque ideo Capellanie

naturam suam mutare non potest. Quapropter erectio facta ab Episcopo in casu limites nudae approbationis minime excedere dicenda est.

Hac itaque posita natura Capellaniae, indole et charactere sponte veluti sua fluere videtur eandem esse amovibilem ad nutum patroni. Quae amovibilitas confirmari videtur ex eo, quod testator libertatem dederit parocho vel retinendi pro se Capellaniam vel nominandi capellanum.

3) Quae omnia suaderi videntur ab universo dispositionis contextu, ex quo defunctorum voluntas est haurienda iuxta receptissimam iuris regulam, quod menti testatoris, non verborum cortici sit adhaerendum. Iamvero testatorem voluisse parochum beneficare manifestum est. Cum igitur amovibilitas erui videatur a plena interpretatione voluntatis testatoris, nulla pretiosa ratio, qua praesens parochus possessorem Capellaniae removere prohibeat. Tandem: etsi per erectionem ab Episcopo factam et institutionem capellanis concessam, Capellania evasisset ecclesiastica, id minime officere videtur amovibilitati.

Hucusque conjecturae in favorem parochi seu Prioris ecclesiae S. Mariae Novae.

Secundo: capellanus in suum favorem allegat sequentes conjecturas: 1) parochos suo iure usos fuisse, cum, dimissa paroecia, retinuerint Capellaniam. Utique ius canonicum prohibet patronum ecclesiasticum seipsum nominare; eidem tamen facultatem concedit petendi ab Ordinario gratificationem. Quod axioma uberior explicatur. 2) Episcopus in suo erectionis decreto expresse Priori licentiam dederat "petendi gratificationem, quatenus pro se retinere velit". 3) Capellanus notavit in casu non agi de Capellania amovibili ad nutum, sed de Capellania canonice erecta iuxta voluntatem testatoris et veritatem ex historia Capellaniae confirmare conatur. A capellano parochus insanire et blaterare dicitur asserendo iuxta voluntatem testatoris Capellaniam esse "penes parochum pro tempore".

Quibus deductionibus parochi Secretarius S.C.C. quaedam adiecit, quae naturam Capellaniae melius dignoscere sinunt. Secretarius habet Capellaniam uti ecclesiasticam et probat; data autem huiusmodi natura Capellaniae ipsa aequiparatur beneficio ecclesiastico in omnibus. Dato etiam Capellaniam esse laicalem, conditio parochi non evadit melior; nam etiam Capellania laicalis est perpetua. Insuper dato, quod Capellania sit amovibilis, tamen ad amovendum requiritur causa eaque gravissima.

Unde S.C.C. respondit: Affirmative et amplius ad Dubia:

I. an parochi legitime Capellaniam seu legatum possederint in casu;

II. an hodiernus Capellanus, non amplius parochus, legitime retinere valeat Capellaniam seu legatum in casu.

Coniecturas pro consummatione matrimonii vol. 136 sequentes allegat: in C. Iaurien. et Viennen. dispensationis matrimonii Michaelis de Väghi et Aemiliae Felbermayer, contracti 11. VII. 1874<sup>114</sup>. Primo allegantur coniecturae pro inconsommatione matrimonii in casu: a) ipso matrimonii die iter conficere Lintiamque pergere coniuges decreverunt, sed cum ad aream viae ferreae vulgo stazione advenissent, ac pretio soluto in procinctu essent arripiendi iter, Aemilia quandam incusans perturbationem discedere noluit. b) iam die 15 sept. Aemilia clanculum mariti domum reliquit; c) in ipsa matrimonii celebratione coepit Aemilia suam inquietudinem demonstrare - pianse continuamente. Cum novelli sponsi Lintiam discedere cuperent, Aemilia "all'improvviso sorpresa da un malessere"; d) nocte adveniente in civitate Voslau "prese a lamentarsi di maggiore malessere" et "tutta la notte gemei". e) quando "all'imbrunire se mi avvicinava a lei, era assalita dal male nervoso e cadeva si può dire in deliquio... di quando in quando si adattava passare le notti su una sedia o sullo stesso pavimento piuttosto che passarle nella camera da letto a dormire accanto a me". f) monita matris, sacerdotis Linhart, tutoris Philippi Müller ad consummandum matrimonium inutilia. g) exorta antipatia, odia, iurgia praesertim ex parte Aemiliae. h) Aemilia in contrahendo matrimonio *idealem* amorem somniabat; habuit enim relationem cum insitutrice gallica, quae Aemiliam uti umbra sequebatur.

Coniecturae in favorem consummationis fuerunt huius tenoris: a) Aemilia renuit examen corporale; quod factum ingerit suspicionem gravem amissae virginitatis iuxta illud cap. 12. C. XI. qu. I.: "qui iudicium refutit, apparet eum de iustitia diffisum".

b) ius conicit facile coniuges contra matrimonium colludere; in confessionem impedimenti prosalire, atque ita affines et vicinos decipere, auxilium septimae manus sibi procurare. (cf. cap. 5. X IV. 13).

c) cohabitatio novem hebdomadarum. Unde necessario conici debet, quod res inter sponsos ita processissent, quemadmodum procedere consueverunt in hisce rebus adjunctis; quod nimirum insimul sub eodem tecto, in eodem conclavi, atque in eodem cubili condormissent, ac matrimonium consummavissent; idque eo magis, quo certius constat Michaelem ferventer uxorem suam dilexisse. Quae coniectura de consummatione uberior explicatur.

Causa decisa fuit: "Dilata et ad mentem". Mens autem haec fuit:

<sup>114</sup> 1. c. vol. 136 p. 406-419; p. 411 allegantur exempla concessae dispensationis a rato, etsi uxor examini subiecta non fuerit; cf. Decretum S. C. S. O. 12. VI. 1942 (A. A. S. vol. 34 p. 200-202).

ut episcopus Iaurien. et Viennen. moveant ad examen corporale; uterque retulit: nihil quoad ipsam peragere valuisse" Unde S.C. die 15. 1874 novam Sessionem celebravit cum successu: consulendum esse SSmo pro dispensatione matrimonii rati et non consummati<sup>115</sup>.

Speciale quid exhibet Causa Gandeven. Albertus Haus - Maria Schouttetan. Prima vice Causa tractata fuit 27. I. 1877<sup>116</sup>; secunda vice die 28. VII.<sup>117</sup>. S.C.C. sententiavit: "consulendum SSmo pro dispensatione matrimonii rati et non consummati in casu. Sed non obstante hac favorabili sententia Defensor vinculi in S.C. interposuit suam instantiam et Causa de novo subiecta fuit examini die 22. IX. 1877 cum successu: "In Decisis".

Ex primo processu diei 27. I. 1877 pro *inconsummatione* sequentes coniecturae allatae sunt: a) uxor quandoque coacta ad dormiendum in eodem lecto clamavit: "se mi toccate chiamo gente"; b) ipsa passim iactare coepit se adhuc virginem esse, se maritum odio habere atque eo processuram esse, ut venenum etiam ipsi propinaret. c) uxor voluit obligare maritum ad non creandos filios. d) invincibilis reluctantia uxoris ad actum coniugalem cum Alberto. e) promptitudo uxoris ad examen corporale. f) confessio uxoris ad testem Nuytens: "essa mi diceva che è stata due volte con lui (un Signore in Anversa che ella amava molto, che trova bellissimo) e che non sapeva che una donna potesse tanto godere con un uomo".

Coniecturae pro consummatione fuerunt: a) amissa virginitas non solum praedicavit peccatum, sed etiam peccaminosam voluptatem; b) uxor monita a S.C. et ab Episcopo, ut se sistat saltem per procuratorem S.C., noluit apparere neque procuratorem nominare. c) coabitatio coniugum quasi per annum in eadem domo et per quattuor aut quinque menses in eodem cubiculu et lecto. d) conatus facti ad consummationem; uxor asserit: "io mi sono prestata in apparenza e gli ho fatto credere che l'atto era accaduto". e) uxor vix separata a viro flagitia carnalia cum aliis patravit. Estne credendum mulierem tam libidinosam sese dedisse aliis, non autem legitimo marito? f) distinctio a patrono Causae facta inter certitudinem materialem et moralem "omnia tenebricosa quadam caligine involvit". Sententia lata 27 jan. 1877: "dilata et suppleantur defectus iuxta Instructionem dandam". Quae Instructio continuuit tria puncta. Quibus solutis S.C. die 28. VII. 1877 censuit consilium dandum esse Ssmo pro dispensatione matrimonii rati et non consummati in casu. Sed Defensor vinculi petiit novam Audientiam et obtinuit. Insistit cohabitationi quasi per annum; odium et aversio uxoris in maritum non exstitit ab initio, sed "per qualche tempo siamo stati benissimo insieme"; porro D. V. insistit conatibus

<sup>115</sup> Thesaurus S. C. C. vol. 136 p. 601.

<sup>116</sup> 1. c. p. 77-94.

<sup>117</sup> 1. c. 403-406.

—forsan decem--- consummandi matrimonii. Tandem D. V. censem etiam sanctissimos viros vividissimam pugnam sustinuisse, ne in proximo periculo succumberent. “Quod si tantam vim sibi irrogare iidem debuerunt, tametsi nonnisi de insidiis eorum pudicitiae praeparatis ageretur, multo quidem maiorem opus fuisse violentiam in casu subire, dum non de insidia, vel de actis ad copulam praeparatoriis res esset, sed de physica corporum viri et mulieris coniunctione, ita ut in personis ad copulam potentibus commixtio carnalis nonnisi per miraculum defuisse, affirmari quodammodo possit, quemadmodum non aliter quam per miraculum contingere valeret, ut ignis cum palea, flamma cum stappa incendium excitare non posset”. D. V. invocat auctoritatem Coscii, de separatione tori lib. III. cap. 2. n. 261.

Causa Florentina de 27. I. 1877<sup>118</sup> est digna speciali memoria. Nam Consultor theologus scripsit in favorem inconsummationis Votum a pag. 8-35; Votum Canonistae complectitur pag. 35-47; Defensor vinculi conscripsit paginas 23. Congressus Cardinalium decrevit: praevia sanatione processus consulendum esse Ssmo pro dispensatione matrimonii rati et non consummati in casu. Non obstante hac decisione D. V. novam Audientiam petuit et obtinuit et per duodecim paginas suas difficultates proponit. Primo D. V. notat: “defectus processuales sic rei substantiam pertingere, ut nequeant ullenatus sanari, nisi sanctitas ipsa christiani matrimonii in discrimen maximum verti velit”. Deinde animadvertisit: compertissimi iuris enim est Mulierem contra Viri frigiditatem insurgentem audiri non posse, nisi in ipsa novitate; et numquam Matrimonii inconsummationem proclaimari, nisi inconsummatio probetur per rectum iudicium”. Iamvero mulier post integrum septennium i. e. postquam cum quodam Ioanne illicitos amores iniit, matrimonium accusavit de nullitate ex capite impotentiae viri. Porro D. V. increpat Tribunal Florentinum, quod ne substantialem iudicii formam servaverit in praesenti Causa. Necessario subicienda fuit uxor examini corporali; nam ex una parte asserit maritum impotentem et ideo matrimonium uti non consummatum, ex altera autem parte vir fatetur sub iuramento se praeditum potentia virili et “informis inspectio ipsius corporis eundem potentia coeundi praeditum renuntiat”. Insuper periti “in tutta scienza e coscienza possono affermare che non trovasi alcun ostacolo, il quale opongasi agli atti coniugali” ex parte mulieris. Datis his ex utraque parte favorabilibus consummationi circumstantiis necessario ad normam iuris accuratum examen mulieris requiritur, ut cum certitudine morali inconsummatio declarari

<sup>118</sup> I. c. p. 1-76; p. 242-253; p. 249 sq. Hic tangitur etiam quaestio restitutionem hymenis modo naturali. Defensor vinculi censem: “hoc temporis spatio partes coalescere, conglutinari, atque ad naturalem integritatem redire poterunt; id multo magis animadvertendum est in casu, de quo agitur, cum non post annum, dumtaxat, sed post *septennium* adhuc *ruptura* habetur a parte dextra hymenis. Et revera celeberrimus Ioannes Baptista Porta luculentissime ostendit, id *nendum* naturaliter, sed etiam ex medicamentis contingere posse”.

possit; nam hymen non est ex toto inviolatus. D. V. per paginas insistit novo examini mulieris et tamen S.C.C. 21. IV. 1877 decretiv: "In Decisis".

Ne nimium protrahamus tractatum, non omnia percurremus volumina Thesauri S. C. Concilii, sed solummodo quaedam exempla proferemus.

In C. Curien. Matrimonii<sup>119</sup> 26. I. 1878 est sermo de conjectura impotentiae ex maleficio. D. V. Curien. in sua appellatione ad Curiam Romanam insinuare studet impotentiam viri non esse accidentalem, seu ex maleficio; conjectura pro maleficio, non pro frigiditate est haec iuxta S. Thomam: ex maleficio homo potest esse impotens ad unam, non ad alteram; S. Alphonsus censem: conjectura pro maleficio est haec: "si impotentia proveniat ex maleficio quod colligitur, quando coniuges excitantur ad copulam cum aliis, et inter se frigescunt, vel a coitu abhorrent, etsi alias se diligunt". Biellacart addit sequentia signa maleficij: "Dignosci posse, si vir qui polluitur in somno, vel calidus est extra copulam, ad accessum foeminae, etsi aliunde amabilis, totus frigescit; similiter si mulier ad congressum viri, aliunde dilecti, subito coarctatur; si coniuges qui antea se diligebant, subito reddantur sibi mutuo exosi; si omnia membra ex utraque parte sint rite disposita cum erectione et calore, et tamen coire nequeant: item variis aliis signis quae frigiditati naturali non competit"<sup>120</sup>.

Quae Causa de novo die 1 et 20 Iulii tractata est; nam D.V. in S. C. C. quasi per paginas quattuordecim novas Animadversiones protulit. Sed S. C. C. respondit: "In decisis<sup>121</sup>, i. e. constare de nullitate matrimonii ex capite impotentiae.

Causa Ianuen. 12. III. 1881<sup>122</sup> tenet quoad metum in puella quindecim annorum cum Reiffenstuel lib. IV tit. 40 § 4 num. 88: "Quod etiamsi metus sit difficilis probationis, quia in mente consistit, nihilominus ex certis indicis, atque conjecturis sufficenter colligi potest, ea probabilitate, seu morali consuetudine, quae ad prudens iudicium edendum satis esse potest"; v. g. ex praecedentibus protestationibus, ex facti specie, ex circumstantiis; cf. p. 168 § "Loquendo": metus concludenter probari potest praesumptionibus, verisimilitudinibus, conjecturis; p. 176 § "Actus" habetur alia conjectura pro metu: sponsa non respondit ne uno quidem verbo prima vice parocho interroganti consensum ita ut opus fuerit ei illam iterato interrogare.

<sup>119</sup> 1. c. vol. 137 p. 1-59. Sponsus 28 annorum asseruit "se prorsus ignorare, quid esset semen humanum, nec unquam aliquid huiusmodi sensisse, vel expertum fuisse".

<sup>120</sup> 1. c. p. 8; p. 12 § "Duae" est iterum sermo de naturali impotentia et de impotentia accidentali seu ex maleficio et explicatur sub ratione antecedentiae et perpetuitatis.

<sup>121</sup> 1. c. p. 359-373 ipse D. V. insistit triennali experimento. De conjecturis circa illicitam parochi relationem cf. C. Gaudisien. Parochialis 1. c. p. 455-469; p. 465 § Inutilis est sermo de conjecturis.

<sup>122</sup> 1. c. vol. 140 p. 170 n. 12 ex errore est sermo de morali consuetudine pro morali certitudine.

Quaestio iuridica de valore praesumptionum, conjecturarum, indiciorum in re matrimoniali splendide illustratur per C. Varnien Impedimenti Matrimonii<sup>123</sup>.

Species Facti: "Circa annum 1878 Franciscus Klobuzienski et Augusta Ziarniewski mutuo amore se foventes matrimonium inire statuerunt.

Verum huiusmodi nuptiis se opposuit Elisabeth mater Francisci edicens hunc natum quidem esse post matrimonium cum viro suo Andrea Klobuzienski, ideoque in libro parochiali ceu filium legitimum inscriptum, sed revera procreatrum esse ex illicita copula, quam ipsa ante matrimonium habuerat cum Iosepho Ziarniewski patre Augustae.

Nihilominus conniventibus, immo approbantibus parentibus Augustae, uti refert Ordinarius Varmiensis, tractatus matrimoniales inter Franciscum et Augustam continuati sunt, cumque ista ex illicito commercio cum Francisco prolem peperisset et secunda vice uterum gereret, mense Maio 1880, matrimonium, quod vulgo dicitur civile, inter eos conclusum est; quamvis Officialis civilis a Magistratu superiori peteret ut contra Franciscum propter *incestum* ageretur; quod ex mandato superiori prohibitum fuit ex eo quod in libro baptismali Franciscus uti legitimus filius esset inscriptus.

Hac tamen sententia fori civilis proleta, Parochus modo defunctus renuit matrimonio ecclesiastico adsistere ob praefatum impedimentum. Quapropter Iosephus pater Augustae Episcopum Varmensem in scriptis adiit, ut parochum ad matrimonii benedictionem cogeret.

Episcopus rem suo Vicario commisit ut diligentius inquireret. Hic, instructo processu, testibus hinc inde auditis sub iure iurandi fide, et praevia matura deliberatione, die 15 Decembris 1880 decrevit inter Franciscum et Augustam matrimonium iniri non posse propter impedimentum primi gradus consanguinitatis utpote genitos ex eodem patre: super quo impedimento ab Apostolica Sede dispensatio numquam conceditur.

Insuper iussit praefatos sponsos ab invicem separari, et a sacramentis recipiendis prohiberi tum ipsos, tum parentes Augustae nisi antea scandalosissimum filiae contubernium protegere destiterint.

Tres per annos res ita permanserunt donec tandem mense Novembri 1883, Ioseph pater Augustae ad S. Sedem confugit exponens: "matrem Francisci cum mendacio adiisse parochum nunc defunctum... eique dixisse se adolescentem illum, qui nunc matrimonium contractus fere 30 annos natus est, extra matrimonium procreasse ex ipso patre Augustae... Sed matrimonii celebratione ab officiali status civilis peracta, matrimonium ecclesiasticum Parochus recusavit. Imo

<sup>123</sup> 1. c. vol. 143 p. 694-602.

semper instituit ut coniugum separationem procurarem, quod facere non possum, quia haec nostra filia cum supradicto Klobuzienski iam tres liberos procreavit, lex civilis eos non separat, nec nos tamquam parentes eos separare possumus. Archipresbyter Karo instituit quod si non procuremus eorum separationem ex Ecclesia electi sumus".

Quapropter enixe supplicabant ut, "haec nostra filia Augusta Ziarniewski cum Francisco Klobuzienski ad ecclesiasticum matrimonium, et nos tum ad Poenitentiae Sacramentum tum ad Sacram Communio-nem, sicut ab initio nostrae fidei, admittamur".

Causa delata ad S. C. C.; ipsa in favorem matrimonii contrahendi sequentia argumenta allegavit: "Decreto Curiae Varmiensis non pauca adversari videntur. Quandoquidem in primis adest generalis prae-sumptio et quidem in iure fundata, qua dicitur prolem constante ma-trrimonio legitimo natam, tamquam legitimam habendam esse quo-a-dusque validis argumentis contrarium non probetur. Ita enim ius ha-bet —*pater est quem iustae nuptiae demonstrant, in cap. 2, qui filii sint legitimi, et in lege Nuper 11 Cod. de natur. liber.*

Iamvero ex actis deprehendimus Franciscum in lucem prodiisse constante legitimo coniugio Elisabeth et Andreeae Klobuzienski quod celebratum fuit septimo ante Francisci nativitatem mense. Ex actis etiam constare scimus Andream, licet tempore nativitatis Francisci longe commorantem, paucis tamen diebus ante matrimonii celebratio-nem sponsam Elisabeth carnaliter cognovisse, prout haec fatetur. Quapropter cum Franciscus ceu legitimus filius, Elisabeth et Andreeae in Baptizatorum libro inscriptus fuerit, Andreea minime reclamante ne-que aliquid obmussitante; et cum uti filius legitimus Andreeae reten-tus fuerit a civili superiori Magistratu, qui insuper matrimonium civi-le inter Franciscum et Augustam iussit peragi; iam hoc argumentum peremptorium videretur pro Francisci legitimatae.

Sed ulterius praesumptio illa nedum ullo directo arguento exclu-di posse videtur, sed immo magis convalidari ex eo quod ante matri-monium Elisabeth, ceu acta demonstrant, non uni aut alteri tantum corporis sui copiam fecerit. Duo siquidem testes Ioseph Kramkowski et Iacobus Junker asseruerunt carnale commercium cum Elisabeth habuisse: nec non ipse Iosephus Zianiewski, qui quamvis copulam mense Septembri 1847 cum illa habitam non deneget, affirmat tamen perfectam non fuisse et semen non effusisse "quia in illo tempore de hac re (seminis effusione) adhuc nihil scivisset".

Quae cum ita sint, nihil certi adstrui posse videtur ad effectum im-pediendi matrimonium Francisci cum Augusta. Agitur enim de sta-tuendo impedimento matrimonium dirimente quod odiosum est et con-tra libertatem coniugii, praesertim cum res esset de impedimento su-per quo Ecclesia numquam dispensavit. Agitur de crimine constitu-en-do, cuius natura in suo effectu difficillime probatur, eo quod ordina-rio occulta manet et incognita; principium enim est iuris canonici

quod copula non probatur de visu; Consci lib. 2 cap. 14 § 1. Proinde non indicia et praesumptiones sed facti certitudo in iure requiritur. Hinc est quod Doctores quoad hanc materiam nonnisi concludentissimas probationes admittant, scilicet quae ostendant actum perfectum et consumatum; et quae sufficiunt ad demonstrandum in genere delicta carnis, uti dicunt; non sufficere ad admittendum adulterium, stuprum, vel incestum".

Deinde S. C. C. breviter expendit illa elementa, quae ad impedimentum in themate constituendum afferuntur. "Omnis enim probationes allatae ad destruendam fidem, quam semper meretur, libri parochialis unice reducuntur ad serotinam reclamationem Elisabeth licet iuramento firmatam, cum ex altera parte perfectum commercium de neget Iosephus. Hinc quanti in iure faciendum sit unius mulieris testimonium, nemo est qui ignorare possit. Praeterquamquod enim *testimonium unius est testimonium nullius*, in casu occurrit, *effronti nulla fides*, et *alligans turpitudinem suam numquam auditur*. Testis enim iuxta canones ut sibi fidem valeat vindicare debet esse fama et conversatione paeclarus, Cap. *Insuper de eo qui matr. accus. pot.* Non eiusmodi autem videtur Elisabeth, quae ante matrimonium paeclara fama non enituit, ceu ipsamet fassa est.

Neque uti probatio valida haberi possit Elisabeth iuramentum; id enim non sufficit nisi per idoneos testes fuerit comprobatum: *cap. 3 De eo qui cognovit*. Immo Theologi in subiecta materia adeo plenam et evidentissimam exigunt probationem ut affirmare non dubitant quod, si mater etiam in articulo mortis constituta cum iuramento declareret filium suum extra nuptias genitum esse, nec ei fides est adhibenda. Neque huiusmodi iuramentum a S. C. attentum fuit in *Senogallien 17 Augusti 1805*, in *Ferentinien. 5 Iulii 1856* et in *Pisauren. 22 Maii 1875*.

Denique praetereundum non est totum hoc negotium Elisabeth circa illud versari, in antipathiam nempe qua ipsa laborat erga Augustam, et proinde praetulisse huic seniorem sororem. Id enim nobis affirmant plures testes iuramento subiecti, qui audivisse testantur Elisabeth "non esse contrariam, si filius suum seniorem filiam Catharinam Iosephi Ziarniewski in matrimonium duceret".

Post haec allegat S. C. suam praxim allegando similes casus, in quibus ipsa stetit pro contrahendo matrimonio etsi in populo sermo fuit de impedimento; citantur C. Ravennaten. 13 Sept. 1721; Pientina 20 martii 1732; Vigilien. 23 Iulii 1729; Bobien. 16 Febr. 1742<sup>124</sup>; Balneoregien. 16 Iunii 1770 et aliae.

Prolatis argumentis in favorem contrahendi matrimonii S. C. C.

---

<sup>124</sup> Bobien. est de 16 Febr. 1743 (Fontes C. I. C. vol. V. n. 3547; Thesaurus Resolutionum. tom. 6, p. 265-267) sed data est 20 martii 1734 non autem 1732.

transit ad ponderandam decisionem Varmiensem; in favorem decisio-  
nis Varmien. haec argumenta allegantur: "In primis recolendum est,  
causas matrimoniales, ubi agitur de matrimonio impediendo ob aliquid  
dirimens impedimentum si nondum contractum, vel dissolvendum si  
iam initum, recenseri inter causas populares; ideoque non modo quo-  
rum interest, sed et ipsi coniuges, amici et propinqui in gradibus proxi-  
mis accusatores et testes esse possunt. *Cap. super eo 22 de test. et*  
*cap. videtur 3 qui matrim. accus. pot.* Imo cuiilibet fideli per se grave  
incumbit onus impedimentum matrimonium dirimens revealare, etiamsi  
solus de eo notitiam habuerit et probare non potest. S. Ligor. *tract.*  
*de matrim. n. 995.*

Hac igitur obligatione mota Elisabeth Klobuzienski statim ac audi-  
vit de tractationibus matrimonii filii sui cum Augusta filia Ziarniewski  
Curiam adivit, declarans: "se mense Septembris 1847 cum Iosepho  
Ziarniewski copulam carnalem habuisse, et se gravidam sensisse, ex  
qua causa omnia probavit, ut matrimonium cum suo priore sponso  
Andrea Klobuzienski, a quo iam 1844 unam prolem habebat, qui au-  
tem illo tempore militiae serviebat, et iuxta testimonium Officii milita-  
ris die 30 Septembris 1847 ex castello Koenisberg dimittebatur, quam  
primum celebraretur, quod die 23 Novembris 1847 factum est. Post  
sponsi reversionem cum illo copulam non habuit, nisi paucis diebus  
ante nuptias. Istam prolem ex illico concubitu cum Iosepho pro-  
creatam esse Franciscum, quem die 2 Iunii 1848 genuisse affirmat".  
Et quoniam in illius nativitate maritus iterum abfuit, ipsa prolem ut  
legitimatum filium Andreae in libro baptismali inscribandam curavit.

Quo posito, communissima est doctrina inter Doctores quod cum  
agatur de impediendo matrimonio ob impedimentum dirimens, si sola  
mater sponsi vel sponsae asserat intercedere consanguinitatem inter  
illos, coniungi nullo modo debent. "Deinde citantur in favorem huius  
sententiae C. Asculana Matrimonii 4 Iunii 1768; Anconitana 6 Augus-  
ti 1712; Fulginaten. 22 Ianuarii et 17 Sept. 1767.

Deinde S. C. C. pergit: "Verum ad declarationem Elisabeth con-  
validandam non desunt et alia adminicula. In primis siquidem vir eius  
Andreas testatur: "se numquam dictum Franciscum filium suum ha-  
buisse et hanc suam persuassionem ab aliis etiam confirmatam audiisse,  
et quamvis de hac re post reversionem ex militia locuti sint, se  
tacuisse, contra inscriptionem factam in libro baptismali nihil fecisse,  
et suaे uxori indulsisse".

Secundo ipsi parentes Elisabeth et praesertim avunculus Francisci  
nullum non moverunt lapidem ut ab huiusmodi matrimonio promo-  
vendo desisteretur: ipsi enim credunt Iosephum Ziarniewski esse pa-  
trem naturalem Francisci.

Accedit testimonium Francisco Bauer frater Elisabeth, Ioannis  
Wenzel famuli parentum Elisabeth, et Iosephi Kramkowski. Quae om-

nia satis abunde videntur ut Decretum Curiae sustineri in omnibus possit".

Tandem solvuntur difficultates et approbatur sententia Varmiensis = inter partes matrimonium iniri non posse propter impedimentum consanguinitatis.

Causa Albaregalen. 26 febr. 1898<sup>125</sup> ad probandam inconsuetudinem matrimonii per depositionem partium, hanc normam statuit p. 139: "Cum autem agatur de facto occulto, a quo Testes absunt, probationes esse non possunt certae certitudine physica, sed sufficiunt certae certitudine morali, quae *suadere valeant iudicis animum*, quemadmodum sunt coniecturae, indicia, praesumptiones, et alia argumenta coniunctim ponderanda".

Speciali mentione digna est sub diverso respectu Causa Ortonen. Matrimonii 16 Augusti 1902<sup>126</sup>. Casus praesens illustrat praeter alia beneficium novi Codicis, qui in can. 1067 § 1 statuit: vir ante decimum sextum aetatis annum completum... matrimonium validum inire non potest. Ius antiquum aetatem viri pro matrimonio valido ineundo determinaverat decem et quattuor annos, sed addidit sat graviter in singulis casibus solvendam clausulam: "nisi malitia supleat aetatem". (cc. 8. 9. X IV. 2; cap. un. IV. 2 in VI). Species Facti:

"Camillus Cantoli est huius causae actor, qui puer aetate 13 annorum, 7 mensium et dierum 10, sub vi et metu, ut asserit, matrimonium cum patrueli sorore Anna Dominica Cantoli, cui 18 anni cum biduo erant, iuxta rituale romanum celebravit coram Parocho Crechii dioecesis Ortonensis die 12 Maii 1892.

Modo celebrationis huius valorem iam tunc ob coactionem primario impugnat. Ut autem optabiliori perspicuitate veritas elucescat, et iudicium prudentissime feratur, historiam facti chronologicam ab initio resumere ex actis, ac brevi sermone colligere necesse habeo.

2.—Antonius Cantoli sicut fuit auctor dierum Camilli, sic et auctor principalis et unicus matrimonii illius cum Anna Dominica. Huic incomparabili genitori, quem hominem conditione rusticum, ingenio tenaciorrem, pecuniae percupidum, ac rerum futurarum sollicitissimum processus demonstrat, erat germanus frater, qui unigenitam filiam habuerat, nempe Annam Dominicam. Haec nubilis puella, in decimo octavo anno constituta, uri incipiebat, et magis se nubere optare cuiquam indeterminate non uno signo praeferebat.

3.—Itaque Antonius inhians doti, et timens ne columba alibi nidum strueret et sua transferret, statuit in corde suo eam cohibere, et absque mora cum valido compede ipsam colligare filio Camillo, qui tunc cir-

<sup>125</sup> 1. c. vol. 157; p. 106-148.

<sup>126</sup> 1. c. vol. 161; p. 714-758.

citer tresdecim annos cum dimidio vix attingebat. Resolutione capta, ad actionem praefacte transit, ac suo remigio rem gessit.”.

In Causa Ortonen. conjectuae pro allegato axiomate sunt sequentes: primo ipsa Sententia primae Instantiae non constare de nullitate matrimonii in casu”; seu, ut suspensive declarat Sententia: “*clare non constare*”; nam Archiepiscopus dedit declarationem: malitia supplet aetatem in sponso.<sup>127</sup>. Quomodo malitia probata? Parochus expletis de licentia Ordinarii publicis proclamationibus, uno eodemque die (10 maii 1892) processum libertatis status confecit, ac sponsorum voluntatem sistentium coram se, testibus et cogente genitore (uti scribit) exploravit.

7.—Deinde proxime accessurus ad nuptias benedicendum, Camillum per quatuor menses et viginti dies a nibili canonica aetate distare advertit. Quod tardius animadvertisit, ocius reparatur. Unius diei intervallo Curia Orton. exceptionem a praesumpta iuris declarat, quin appareat an Camilli discretio vel voluntas, seorsim a consanguineis, sit efficaciter explorata”.

<sup>127</sup> Parochus processit in hac Causa modo inexcusabili

“Etenim iste parochus cum magno suae dignitatis dedecore, ac cum maxima erga Curiam ac S. Sedem iniuria, morem Antonii faciliter gessit, et dispensationem a secundo gradu consanguinitatis inter Camillum et Annam Dominicam petiti sub nuncupatis causis, nempe: foeminae superadultae aetas, grave scandalum reparandum, gravia evitanda mala”. Omnes causae allegatae fuerunt falsae: nam mulier in iure canonico habetur “superadulta” si gaudet 24 annis completis; iamvero Anna Dominicam vix habuit 18 annos; nullum scandalum erat reparandum; nam parochus et pater sponsi *creaverunt* scandalum *per* tale matrimonium conciliandum et benedicendum; nulla mala erant evitanda, sed potius effecta per parochum et patrem. Bene dicit Votum Canonistae p. 748: “Scandalum autem reparandum vel mala gravia vitanda nulla ex toto processu apparent, nisi ea inquirere velimus in parochi sponsorum imaginatione”. Theologus in suo Voto p. 727 notat: “quaerque licentia (contrahendi matrimonii in impuber) rationabilis convenit esse et ad aedificationem impertiri; ac per consequens Episcopus vel Ordinarius in informatione facti, idest an in tali impuber malitia supplet aetatem, ut prudenter agat, sequi oportet normam, quam Sedes Apostolica solet Episcopo vel Vicario Generali praescribere quando pro obtainenda hac declaratione ad eam configuiunt. Ideo non in forma judiciali, sed extrajudicialiter et efficaciter, vere et legitimate ab Ordinario per se vel per alium inquirendum est: 1.<sup>o</sup> an supervenerit actualis potentia generandi; 2.<sup>o</sup> an constet de adeptamentis discretione, interrogando impuberem seorsim a consanguineis utrum velit nubere et cui, utrum dignoscat non tantum vim et naturam consensus, sed et matrimonii dignitatem et onera; 3.<sup>o</sup> certo examinare an impuber plena libertate et advertentia gaudet; explorando an ad matrimonium vi, metu, blanditiis aut promissionibus inducatur. Et si necesse sit, etiam testes audiendi sunt, et omnia quesita et responsa in actis consignanda.

27. Modo, taedet me, haec vera et legitima inquisitio deest in themate nostro; nam in decreto *contrahatur* emissio a Curia Ortonensi hoc tantum reperitur: “Si noti che S. Ecc. R.ma Monsignor Arcivescovo, quia malitia supplet aetatem, ha dispotto che possa celebrarsi il matrimonio, sebbene allo sposo manchino mesi 4 e giorni 20 a compire i 14 anni”. Notatu dignum, quod sponsi eorumque dignus Parochus domicilium habent in oppido Crechif, Vicarius generalis Ortonen. Ortonae, Archiepiscopus Auxanen. Auxani; et tamen die 10 Maii licentia contrahendi denegatur: “10 Maggio— si è scritto all’arciprete che lo sposo non avendo compiti gli anni 14, non si può rilasciare il *contrahatur*”; et unius diei intervallo conceditur: “Il detto— Avendo Monsignore Arcivescovo dichiarato di concedere la dispensa per i quattro mesi che mancano agli anni 14, perchè la malizia supplisce all’età”. De scandallo reparando confer 1. c. p. 733. De gravibus malis vitandis scribit Theologus: “Tertiam rationem, idest: gravia mala vitanda: veritati non conformem prorsus, probat eventum. Ante istud avaritiae ac pervicacitatis matrimonium graves inimicitalia aut dissidia inter consanguineos non existebant, sed invaluere propter coactionem et pertinaciam inter patrem et filium, inter maritum et uxorem, inter sponsum et sponsam. Et quod peius sine hoc infausto et inutili connubio plebs christiana scandalum revera non accepisset ex raptu, ex contracto concubinario, ex defraudata reverentia magno Sacramento et ecclesiae praecepsit. O certe iuna tantum causa, veritatis nota praefulgens, esponenda foret, nempe: *Interesse!*”; cf. Canonistam p. 745.

Votum Canonistate Sebastianelli notat: Declarare vero an in casu malitia suppleat aetatem ad Episcopum pertinet. Nam Ben. XIV in Const. *Magnae Nobis 29 Jun. 1748* dicit: "Episcopi ipsi et Ordinarii locorum iure suo pronuntiare possunt super ea quaestione, quae facti est an, scilicet, malitia ut asseritur, aetatem suppleat, et consequenter matrimonii contrahendi licentiam impertiri valeant". Cum vero aptitudo ad matrimonium ob aetatis defectum, praesumi non possit, sed concludenter probari debeat, ad declarationem emitteandam, de qua loquitur Ben. XIV, ex communi DD. sententia, Ordinario constare debet adesse actualem potentiam generandi, debitam mentis discretionem, plenam libertatem et advertentiam. Primum praesumitur vel ex habita copula, vel ex nisu ad copulam, ex effusione seminis in viro et ex menstruo in foemina, aliisque signis; alterum per explorationem impuberis dignoscitur, qui interrogandus est an et cum quo velit matrimonium contrahere, an huius vim et onera cognoscatur, an sciat se posse ea sustinere etc.; tertium demum arguitur ex absentia vis et metus, blanditiarum et promissionum etc. Quibus cognitis Ordinarius dat simplicem contrahendi licentiam. Iamvero quod pertinet ad Camillum Cantoli qui matrimonium contraxit, quamvis ei deessent menses quatuor et dies viginti ad decimumquartum aetatis annum, nullum apparet in actis vestigium de facta inquisitione circa existentiam malitiae, quae aetatem suppleret. Quin immo si quod ex ipsis actis liceat proferre iudicium, dicendum profecto inconsulte admodum atque intempestive actum fuisse. Nam parochus sponsorum affirmat: "Veramente non si pensò da principio all'impedimento di età, *del quale ci ricordammo all'ultima ora*". Et Curia pridie ante matrimonii celebrationem haec scribebat parocho: "Si noti che Sua Eccellenza Rev.ma Mons. Arcivescovo, quia malitia supplet aetatem, ha disposto che possa celebrarsi il matrimonio, sebbene allo sposo manchino mesi 4 e giorni 20 a compiere i 14 anni". Ubi queso notitia de diligenti inquisitione, quam necessariam unanimiter affirmant Canonistae?

Pro asserto: "malitia suppet aetatem" stant etiam testes qui matrimonium in casu retinent validum. Parochus declarat: "Al mio parere il matrimonio è veramente e realmente contratto"; sacerdos De Scipio: "io non veggo motivo per cui non debba ritenersi valido"; Aloisius Valentini: "il matrimonio secondo me fu fatto con tutte le regole". Eodem modo alii quattuor testes sese exprimunt. Tandem D. V. allegat hoc argumentum: praesumptio stat pro Episcopo, edocto per parochum de statu sponsi.

Multae gravesque conjecturae stant pro axiomate: malitia non supplevit aetatem in casu. Primo: praesumptio iuris aestimans puerum minorem 14 annis uti incapacem pro matrimonio; quae praesumptio in casu nullo modo destructa fuit per diligentem inquisitionem sponsi sub ratione physica et intellectuali, uti vidimus. (cf. 1. c. p. 728).

Deinde resistentia sponsi ab initio nuptiis cum consobrina; de qua

resistentia satis in Actis. Unde nulli modo sub ratione sexuali ferebatur in sponsam; econtra: "Illico, cum ritus fuerit adimpletus, Camillus a comitatu aufugit, et ad patrium larem recta via remeavit; sed istinc ad nuptiale convivium paterna virtute conductus, sponsam aspicere, et una simul cum ea associari, vel cibum sumere in eadem cibilla, invicta recusavit. Quam constantem sponsi abominationem perspiciens Anna Dominica illum fastidire coepit, et non multos post dies per speciem raptus ivit cum primo suo amasio, et postea, accepto socii verta socrus consilio, infra bimestrem ab inito matrimonio alteri iuveni coniugem se tradidit sub laicae potestatis sanctione, et plurium filiorum mater modo effecta est." "Insuper deponit testis Iovina Masci: "Dopo avvenuto il matrimonio, io andai a visitare la mia comare, avendo inteso che erano molto disturbati in famiglia, perchè Camillo, dopo sposata Anna Dominica, non più la voleva. In questa occasione la comare mi suggerì di dare Anna Dominica al mio figlio di latte, per toglierla dinanzi a Camillo, il quale minacciava di gittarsi nel pozzo piuttosto che unirsi ad Anna Dominica". Quae testis Iovinae depositio confirmatur per ipsam partem conventam, quae coram iudice hanc declarationem dat: "Dopo celebrato il matrimonio in Chiesa siamo andati a pranzo in casa mia, e subito dopo lo sposo si è ritirato a casa sua, senza che ci fossimo mai visti da sola a solo. Poi mi disgustai, vedendo la sua versione per me; ed infine avvenne il fatto che io me ne fuggii con un altro giovane, il quale mi venne fatto conoscere dalla madre stessa dello sposo, la quale mi consigliavi di andarmene con lui giacchè il figlio non voleva unirsi con me".

Quoad *realem* aptitudinem generandi scribit Theologus: "Valde dubium est, quod in Camillo impubere actualis aptitudo generandi sollicite supervenerit simul cum tali discretione, quae ad intelligendum onera et vim matrimonii satis esset. Ipsa praesumptio iuris argumentum praestat, maxime cum impuber Camillus non esset prope annos pubertatis, deinde sensus christianus et sententia testium confirmat. In primis excellens vir Parochus Camillum impotentem ad coniugium incunctanter iudicat: "Sono sicuro che il matrimonio non è stato mai consummato, perchè lo sposo era troppo fanciullo". Ab ista puerilitate scandalum suscepit aeditus parochiae: "Io rimasi meravigliato al vedere che quel ragazzo pigliava moglie, mentre non ancora era stato ammesso alla prima comunione; e ne feci osservazione al padre dello sposo il quale mi disse: questi sono fatti che non appartengono a te". Admiratur etiam Sacerdos De Scipio deponens: "Quando vennero questi sposi in Chiesa a contrarre matrimonio, io stava in fine della celebrazione della Messa, e rimasi meravigliato come un ragazzo, piccolo anche di statura, potesse sposare quella giovane. Quando poi uscii di Chiesa, qualcuno meravigliato pur esso, diceva al mio indirizzo: Canonico, come va che la Chiesa permette simili matrimonii"? Talis erat pueritia Camilli ut ex sensuum instinctu ad amationem adhuc non

moveretur: "Non ci è stato nessun segno di amore, essendo troppo fanciullo". Denique neque in hoc deest genitoris confessio: "Essendo mio figlio ancora ragazzo e non conosceva ancora gli uffizi del matrimonio, intendevamo farli unire quando fossero stati adulti". Vel ut publice alibi dixerat: "Ad ogni modo non sarebbe stato egli uno sciocco, da rovinare il figlio, facendolo unire alla moglie in età così tenera" idest quia: "stimavano che questa unione precoce avrebbe fatto danno allo sposo troppo fanciullo". Ergo unde erutta illa malitia quae aetatem supplebat in Camillo? Fortasse ex culpabili Parochi indulgentia et Antonii avaritia turpi".

Ipse actor confitetur: "A quell'età io non capiva nulla degli ufficii matrimoniali. I miei genitori pensavano di farci unire dopo che io avessi soddisfatto al dovere della leva militare; e frattanto fecere in fretta quella cerimonia minacciandomi di battermi se non avessi acconsentito. Se io allora avessi capito, anche a costo di pigliarmi le battiture, non avrei acconsentito".

Unde Theologus hanc conclusionem concludit: "Recensitis igitur testimonii mature perpensis, persuasum habeo pro mea capacitate, malitiam in casu revera aetatem non supplevisse; idest, natura nondum Camillo praecoces ad generandum vires tribuerat, nec forsitan ipsam animi discretionem ad opus tum maxime expostulatam a iure".

Unde non est mirandum, si S. C. C. declaravit: constare de nullitate matrimonii.

Ut terminum ponamus tractatui de conjecturis, proponimus ultimo loco cum summo fructu, uti spero, C. Senogallien. *Ius funerandi*<sup>128</sup>. Nam ius funerandi e plurimis saeculis est obiectum litium inter clerum saecularem et regularem, inter ecclesias parochiales et ecclesias confraternitatum, inter ecclesias exemptas et non exemptas.

Species Facti haec est: "Confraternitas SS. mi Sacramenti extans in oppido vulgo *Belvedere Ostrense*, Senogalliensis dioecesis, quum dono habuisset a locali municipio quamquam domum cum adnexo territorio extra moenia dicti castri Belvederii sitam, eam actu donationis inter vivos in perpetuum et irrevocabiliter donavit Capitulo archibasilicae Lateranensis, ab eo expostulans ut "licentiam et auctoritatem inibi fundandi et aedificandi ecclesiam seu cappellam cum Hospitali et confraternitate sub vocabulo S. Mariae *della Misericordia* concederet, ac sub protectione eiusdem Lateranensis ecclesiae et privilegiorum ipsius suscipere dignaretur; gratiasque, immunitates et exemptiones, quae aliae ecclesiae et membra supposita eidem Lateranensi ecclesiae

<sup>128</sup> Thesaurus S.C.C. vol. 166 (1907) pp. 472-490 (24 aug. 1907). p. 486 est sermo de Pio V et Sixto V Breve "si cunctas" 15. I. 1586; eadem pagina § Hinc, iterum commemoratur Sixtus V, sed loco Pii V stat Pius IV. Iuxta Breve cit. agitur in § 2 de Pio IV (Bull. Cherubini, bol. II p. 513).

habent et habere possunt ex concessionibus Romanorum Pontificum concedere dignaretur".

Hisce itaque supplicationibus annuens Capitulum Lateranense, Bulla diei 26 Decembris 1473 praefatae SS. mi Sacramenti sodalitati impertitum est "plena licentiam, auctoritatem et omnimodam potestatem fundandi et aedificandi cappellam seu ecclesiam cum Hospitali et confraternitate sub vocabulo praedicto sanctae Mariae *della Misericordia* in dicta nostra domo cum territorio donata..., dictamque ecclesiam cum Hospitali et confraternitate sic aedificanda ex nunc sub protectione dictae nostrae Lateranensis ecclesiae et privilegiorum ipsius benigne suscipientes... Concedentes licentiam et auctoritatem deputandi idoneum et honestum sacerdotem in dicta ecclesia cum Hospitali sic aedificanda, et postquam aedificata fuerit, qui divina ministeria celebret et alia sacramenta administret... Declarantes etiam dictam ecclesiam cum Hospitali fore et esse immediate subiectam nostrae sacrosanctae Lateranensi ecclesiae, ac nostra auctoritate concedentes quod dicta ecclesia cum Hospitali sic aedificanda uti possit coemeterio, campanili, campanis, altaribus ac sacro fonte baptismi cum omnimoda libertate, salvo tamen iure parochialis ecclesiae".

Re sane vera praeter Hospitium peregrinorum, quod modo non amplius extat, aedificata tunc fuit ecclesia et erecta confraternitas S. Mariae a Misericordia, quae per aliquos cappellanos officia ac munera sacra in eadem ecclesia explebat, quaeque pollebat etiam iure sepelendi nedum confratres et degentes in Hospitali sed etiam eos, qui inhibi sepulturam eligeabant. Verum quum tractu temporis ipsa ecclesia in suis aedificiorum structuris fuerit ampliata, nec non paramentis et aliis ad exercitium divini cultus necessariis ornata, quin etiam annui bonorum redditus aucti fuerint, praefata sodalitas S. Mariae a Misericordia petiti a canonicis Lateranensibus, ut unum archipresbyteratum et quatuor canonicatus erigerent atque eidem concederent perpetuum ius patronatus et praesentandi idoneos pro canonica institutione. Quod et fecit Capitulum Lateranense per editam Bullam diei 8 Augusti 1587, vi cuius quinque canonicatus, "dominio et iurisdictioni nostris et successorum nostrorum immediate subiaceant, ac omnibus ac singulis iuribus, praeeminentiis, praerogativis et privilegiis, quibus alii similium ecclesiarum canonici quomodolibet utuntur, potiuntur et gaudere possunt, utantur et gaudeant, ibidemque Missas et alia divina officia celebrent..., meliori modo perpetuo sine alicuius praeiudicio erigimus et constituimus... Ita tamen quod a iurisdictione et superioritate R. P. D. Episcopi Senogallien. pro tempore existentis, libertatis ac exemptionis privilegium aliquod, aliterve contra formam decretorum et ordinacionem eiusdem S. Concilii (*Tridentini*) propterea non acquirant, in contrarium facientibus nonobstantibus quibuscumque.

Attamen lites non defuerunt praedictos canonicos inter et localem Plebanum seu parochum ecclesiae S. Petri praesertim quoad praece-

dentiam, sacras functiones et etiam circa ius funerandi. Ceteris enim omissis, videtur quod, iuxta antiquissimam concordiam vel saltem immemorabilem consuetudinem, emolumenta funeraria, quae in cera ad cadaver accensa consistebant, pro medietate dividerentur inter parochum S. Petri et Capitulum S. Mariae, tam si cadaver tumularetur in parochiali ecclesia, quam si tumularetur in Collegiata; cera autem in altaribus accensa, tota quanta erat, expectabat ad ecclesiam tumulanten. Tunc enim temporis capitulares adiuvabant parochum S. Petri sive in exercendis ecclesiasticis ministeriis, sive etiam in explendis funeribus in parochiali ecclesia. Perhibetur item Missam exequialem in ecclesia Collegiali celebratam semper fuisse a Capitulo, atque Plebanum S. Petri super iisdem defunctis postremas absolvisse exequias.

Verum cum, ob leges proprietatis ecclesiasticae eversivas anno 1861 promulgatas, Capitulum Collegiale civiliter suppressum fuerit, atque pedetentim e vivis erepti sint omnes canonici, confraternitas S. Mariae a Misericordia, praehabita Capituli Lateranensis approbatione, duos cappellanos in canonicorum locum suffecit. Hinc de facto extintis canonicis, anno 1895 Plebanus tunc temporis Antonius Renzi sibi attribuit omnia emolumenta, quae occasione funerum in ecclesia paroeciali persolvebantur, et dumtaxat quartam funerariam pro funeribus in ecclesia S. Mariae persolutis. Anno vero 1898, paroecia suo pastore vidiuta, interpositus fuit a dicto sodalitio recursus apud Curiam diocesanam, sed ut refert hodiernus Episcopus, "allora fu risposto che, mancando le prove di una asserta convenzione, nè essendosi prodotti altri documenti, *sembrava* doversi giudicare che i funerali dei confratelli dovessero farsi nella chiesa parrocchiale". Deinde ipse actualis parochus Ioannes Feltrini institut, ut praefata cum confraternitate quaestio de re funeraria dirimeretur.

Interea accidit quod, anno 1905 occasione funeris cuiusdam Francisci Filipponi, confratris eiusdem sodalitatis, Plebanus S. Petri omnia emolumenta funeraria fecerit sua, neglectis cappellanis S. Mariae, imo et ius litandi Missam exequialem in Collegiata ecclesia sibi tantum spectare asseruerit. Quamobrem die 6 Septembris 1905 cappellani ecclesiae S. Mariae adversus modum agendi parochi supplicem libellum Episcopo Senegalliensi porrexerunt, qui die 21 eiusdem mensis et anni sequens edidit decretum: "Poichè la Chiesa di S. Maria ha il *ius se-peliendi salvis iuribus parochialibus* (v. *Bolla di eruzione*), siccome non consta di altro privilegio esplicitamente concesso a detta chiesa *ad instar Regularium*, e salvo legittime convenzioni particolari contrarie: 1.º il Pievano di Belvedere ha il diritto di associare dalla casa alla detta chiesa i cadaveri dei suoi figliani che ivi legittimamente dovessero tumularsi, di fare ai medesimi figliani in detta chiesa l'ufficio funebre (S. R. C. 2123 ad 20; 3423 ad 1; 3645 ad 4), e cioè cantare la Messa e fare le esequie (S. R. C. n. 2208 ad 3; 2224 ad 1; 2695, 2751), e di associare la salma dalla chiesa medesima al camposanto

(Rub. rit. Rom.); 2.<sup>o</sup> il Pievano che ha fatto l'ufficio funebre, ha diritto a tutti gli emolumenti, detratta la quarta funeraria per la detta chiesa di S. Maria (S. R. C. n. 2243 ad 12; 2881, 2899); 3.<sup>o</sup> nell'associazione del cadavere dalla casa alla chiesa di S. Maria e da detta chiesa a camposanto la Croce unica dev'essere quella di santa Maria".

Hoc edito decreto minime sibi favente, confraternitas probare cognata est documentis et testibus existentiam consuetudinis immemorialis aut antiquissimae conventionis inter parochum et Capitulum initiae quoad funera atque emolumentorum divisionem. Verum quum Collegiata de facto in praesentiarum non existeret, Ordinarius diocesanus notum fecit partibus interesse habentibus, se non posse sententiam definitivam in merito edere, eo quod suum non erat iudicare de quaestione praejudiciali, an nempe cappellani ecclesiae S. Mariae quoad omnia iura in locum canonicorum successissent. Hinc vel standum decreto iam edito die 21 Septembris eiusdem anni, vel recurrentum ad hanc S. Congregationem.

Tunc confraternitas S. Mariae ad hunc S. O. memoriam obtulit die 15 Febr. 1906, petens: "1.<sup>o</sup> se colla morte dei canonici ebbero a cessare, ovvero a sospendersi, oppure restarono fermi nel suo vigore i diritti, i privilegi e le convenzioni che essi ottennero non *per se personaliter*, ma per la chiesa; 2.<sup>o</sup> se i cappellani in questo intervallo facciano le veci dei canonici nella difesa e tutela dei sopradetti diritti, privilegi e convenzioni".

Et haec S. C., auditis partibus interesse habentibus, existimans ecclesiam S. Mariae gaudere iure sepieliendi privilegiato ad instar Regularium, sub die 22 Iunii 1906 rescrispit, ius funerandi, quod semper sequitur ius tumulandi, dictae ecclesiae plene spectare, proindeque clausulam Bullae *salvis iuribus parochialibus* nihil aliud significare nisi ius, ex parte parochi S. Petri, levandi et comitandi cadavera de domo usque ad ecclesiam S. Mariae, atque exigendi quartam funerariam. Imposuit proinde Episcopo ut, iuxta citatas normas, dirimeret enatam controversiam in materia funerum.

Iamvero Episcopus die 11 Iulii 1906 novum decretum evulgavit, cuius pars dispositiva ita se habet: "Ognia qual volta per un filiano della parrocchia di S. Pietro di Belvedere Ostrense si faccia legittimamente il funere nella chiesa di S. Maria di detto luogo: 1.<sup>o</sup> al parroco spetta solamente il diritto di levare il cadavere ed accompagnarlo alla chiesa di S. Maria *sub unica cruce ecclesiae tumulantis* (Sin. dioc. p. 166, n. 4); 2.<sup>o</sup> ogni altra funzione funeraria spetta ai cappellani della chiesa di S. Maria: 3.<sup>o</sup> al parroco medesimo deve pagarsi la *quarta funeraria* secondo le norme date nel nostro Sinodo diocesano pag. 170 n. 5 c) d); 4.<sup>o</sup> ogni controversia tuttora pendente intorno agli emolumenti funerari fra le due chiese si risolva a norma di questo decreto".

At cum parochus S. Petri nova documenta obtulisset Curiae, ut ius suum funerandi in ecclesia S. Mariae comprobaret, Ordinarius, hisce

innixus allegationibus, marte proprio, die 6 Augusti 1906 abrogavit decretum diei 11 Iulii eiusdem anni de mandato huius S. O. editum, simulque indubium esse declaravit praefatum parochi ius; quoad vero ceteras res controversas, nempe quoad Missam exequialem et emolumenta funeraria, statuit ut partes de communi consensu aliquem concordiae modum proponerent.

Verum contra hoc novum decretum eadem confraternitas recursum fecit ad hanc S. C., quae, audita Episcopi relatione, quaestionem in plenario EE. PP. coetu proponere mandavit sub hac dubitandi formula, nempe: *an sustineatur decretum Curiae Senogalliensis diei 21 Septembris 1905, vel potius decretum eiusdem Curiae diei 11 Iulii 1906 in casu.*

In proposito autem dubio non fit mentio de postremo decreto diei 6 Aug. 1906 a Vicario generali Senogallensi edito, tum quia hoc, ut-pote promulgatum inconsulta S. Congregatione iam praeoccupata, imo contra datas ab eadem decidendi normas, nullitatis vitio laborare censendum est; tum quia nihil novi statuit, sed dumtaxat in vigorem revocavit primum decretum diei 21 Sept. 1905, altero abrogato".

Cardinales S. C. C. in Plenaria die 24 aug. 1907 responderunt ad propositum Dubium "Dilata".

Primo declaratum fuit in hac Sessione: "Neque sufficiens suppetit ratio cur plus aequo immorandum sit in constabiliendo num iura et privilegia Capituli Collegialis S. Mariae adhuc vigeant nec ne, et num in eisdem sartis tectisque servandis successerint moderni ecclesiae capellani, prout supplici libello ad hanc S. C. oblato die 15 Febr. 1906 confraternitas a Misericordia postulavit". Ratio haec est: "exceptis iuribus et privilegiis canonorum propriis, exemptio et praesertim ius sepeliendi concessa fuere confraternitati et ecclesiae S. Mariae in ipsa erectionis Bulla an. 1473, independenter a Capitulo nondum extanti, quin in Bulla erectionis Collegiate an. 1587 aliquid speciale additum sit".

In favorem ecclesiae S. Mariae Cardinales allegant rationes: "non videtur imprimis ambigendum quod ecclesia S. Mariae fruatur iure sepeliendi seu funerandi nedum confratres a Misericordia sed etiam omnes fideles inibi sepulturam gentilitiam vel electivam habentes. Hoc enim patet ex verbis Bullae, qua an. 1473 erecta fuit ecclesia S. Mariae a Capitulo Lateranensi, et donata fuit privilegio exemptionis a qualibet ordinaria sive Episcopi sive parochi potestate et immediate subiecta fuit iurisdictioni Capituli Lateranensis. Cedo verba Bullae: "Dictam ecclesiam cum Hospitali et confraternitate sic aedificanda ex nunc sub protectione dictae nostrae Lateranensis ecclesiae et privilegiorum ipsius benigne suscepimus... Declarantes etiam dictam ecclesiam cum Hospitali fore et esse immediate subiectam nostrae sacro-sanctae Lateranensi ecclesiae". Quod confirmatur etiam ex decisione S. Rotae coram Bussio de die 9 Febr. 1759, qua Collegiate ecclesia

S. Mariae obtinuit manuteneri in sua iurisdictione adversus Episcopum Senogallensem, qui illam impugnavit.

Praeterea Capitulum Lateranense per dictam Bullam an. 1473 concessit quod "dicta ecclesia (*S. Mariae*) cum Hospitali sic aedificanda uti possit coemeterio, campanili, campanis, altaribus ac sacro fonte baptismi cum omnimoda libertate, salvo tamen iure parochialis ecclesiae".

Iam age ius habendi coemeterium aequivalet iuri sepulturae tradendae. Sepultura autem dupli ratione, sumi potest, stricto nempe vel lato sensu. Sepultura *stricte* sumpta coarctatur dumtaxat ad ius tumuli, omnibus aliis iuribus exceptis. E contra sepultura *late* sumpta, praeter ius tumuli, importat potissime ius peragendi officium funebre et exequias super corpus defuncti persolvendi".

Deinde exponitur, quod in casu non agitur de mero iure tumuli, prout in Ecclesiis et Confraternitatibus, quae subiectae sunt potestati ordinariae parochi et Ordinarii loci "At aliter dicendum est cum agitur de ecclesia sive regulari, sive etiam saeculari sed ad instar Regularium exempta. Tunc enim ius sepulturae, praeter simplex ius tumuli, secumfert etiam ius sepeliendi et funerandi atque emolumenta percipendi; hinc adagium iuridicum: *ubi tumulus, ibi funus*". In hac suppositione competit parocho solummodo sic dictae "quotae funerariae", ut probatur ex cap. 1. X. III. 27 de sepulturis, ex constanti iurisprudentia Curiae Romanae. Ita haec S. C. in *Lucana* 14 Martii 1722, in *Tolentinaten*. 6 Febr. 1734, in *Viterbien*. 26 Aug. 1826 ad 3, in *Civitatis Castellanae* 18 Febr. 1764 ad 1, in *Ariminen*. 16 Iunii 1824. Item S. C. Rituum in *Cassanen*. 4 Maii 1647, n. 909, in *Savonen*. 19 Dec. 1671 ad 4, n. 1440, et praesertim in generali decreto *Super exequiis* diei 23 Aprilis 1895 ad 6, n. 3854.

Contra allegatas rationes haec difficultas movetur: in Bulla concessionis habetur haec clausula: "salvo iure paroecialis Ecclesiae". Sed S. C. C. solvit hanc instantiam sequenti modo: "haec tantum importat ut parocho proprio defuctorum solvatur quarta emolumentorum pars. Hoc sane modo consimilem clausulam authentice interpretatus est Clemens III in *cap. Certificari 9, de sepulturis*, edicens: "Cum autem super hoc articulo, diversa antecessorum nostrorum manaverint instituta, Leone *iustitiam illam* quandoque tertiam partem, quandoque medianam, et Urbano quartam fore censemibus etc.". Sub restrictione igitur *iustitiae* vel *iuris parochialis* non est intelligendum ius parochi ad aliquod officium explendum, sed dumtaxat ad ius pecuniarium. Quin imo in privilegiis Apostolicis, quibus conceditur ecclesiis regularibus ius sepulturae, addi solet clausula: "salva iustitia illarum ecclesiarum, a quibus mortuorum corpora assumuntur", uti pro Ordine Minorum; vel alia clausula: "iure tamen parochialis ecclesiae et cuiuslibet alterius semper salvo", quemadmodum legitur in privilegiis Praedicatorum. At nemo inficias ibit Regulares praefatos,

attentis dictis clausulis, non habere ius privilegium sepeliendi et funerandi, excepta sola quarta funeraria pro parocho. Ceterum etiam in Bulla Bonifacii IX, qua Pontifex Capitulo Lateranensi elargitus est privilegium eximendi loca pia ab Ordinariorum auctoritate et sub eiusdem immediata iurisdictione assumendi, habetur clausula: "iure tamen paroecialis ecclesiae et alterius cuiuslibet alias in omnibus semper salvo".

Unde "in linea igitur *iuris*, ita concludit Relator in S. C. C., non videtur denegandum ecclesiae S. Mariae ius sepeliendi et funerandi, atque omnia percipiendi emolumenta: hinc etiam Missam exequialem et ipsas exequias super defunctorum cadavera persolvendi, quia non sunt nonnisi partes officii funebris. Semel enim concessa libera sepultura, eo ipso conceduntur omnia quae in ea continentur, aut cum ea connexa sunt, nisi quid in specie expresse excipiatur. Ita Clemens X in Brevi *Alias pro parte* 18 Ian. 1672 confirmavit decisionem S. C. EE. et RR. diei 31 Aug. 1657 quae "iuxta alias resoluta censuit functiones funeralium super cadavera defunctorum, quae in ecclesiis Regularium contigit sepeliri, postquam ad easdem ecclesias pervenerint, ad ipsos Regulares non ad parochos pertinere". Idem Pontifex Brevi *Nuper pro parte* 18 Ian. 1672 confirmavit aliam S. C. EE. et RR. decisionem diei 16 dec. 1661, qua statuitur: "parochis in associatione, sive occasione associationis cadaverum, non licere ingredi ecclesias Regularium, sed teneri dimittere eadem cadavera ad ianuam ecclesiarum". Cfr. etiam S. C. Rituum in *Sulmonen.* 18 Aug. 1629, n. 515; in *Firmano* 11 Novembris 1641, n. 773; in *Messanen.* 10 Maii 1642, n. 792 etc. Quod autem dicitur de ecclesiis Regularium, dicendum est de aliis ecclesiis exemptis, ac proinde etiam, uti videtur, de ecclesia S. Mariae in casu".

Deinde S. C. transit ad quaestionem *facti* notans: "in linea autem facti haec insuper sunt addenda. Ex immemorabili enim consuetudine constare videtur Missam defunctorum exequialem in ecclesia Collegiata S. Mariae persolutam semper fuisse ab ipsis canonicis, numquam vero a parocho S. Petri; atque ipsos medium emolumentorum partem percepisse pro funeribus, quae tam in ecclesia parochiali tam in Collegiata peragebantur".

Primo allegantur in testimonium inventarium parochi Ferri de 24 apr. 1744 et Plebani Caprini 28 iul. 1827; praeterea plures testes iurati die 9 nov. 1905 in Curia diocesana excussi confirmant ius Ecclesiae S. Mariae.

Allegatis in favorem Confraternitatis S. Mariae della Misericordia rationibus in Iure et in Facto, S. C. ponderat rationes et conjecturas in favorem ecclesiae parochialis S. Petri animadvertisendo: "Explorati iuris est quod ex iure communi solae ecclesiae paroeciales gaudent iure sepeliendi seu funerandi, uti constat ex cap. *Is qui 3, de sepulturis in VI*, et supponitur in cap. *Nos Instituta 1, de sepulturis* etc. Hinc

quaelibet alia ecclesia, quae hoc idem ius sibi asserit, ex privilegio Apostolico illud habuisse diserte probare tenetur. Ita privilegium funerandi ius habent ex privilegio Regulares aliaeque ecclesiae ab Ordinarii et parochi iurisdictione exemptae. Verum ecclesiae et oratoria, quae intra fines alicuius paroeciae continentur, quaeque immediate subsunt parocho et mediate Episcopo, nonnisi ius tumuli, non autem verum ac proprium ius sepeliendi et funerandi habere valent". Ita S. R. C. 10 dec. 1703 ad 20; S. C. C. in Bononien. 25. VI. 1724 ad 9; in Civitatis Castellanae 28 ian. 1766; in Viterbien. 16 sept. 1826 ad 5, in Novarien. 5 iul. 1727.

"Iamvero, ita S. C., in casu praesenti dubitari posse in primis videtur, an revera ecclesia S. Mariae perfecto exemptionis iure, saltem hodie, fruatur. Nam quamvis Bonifacius IX concederat Capitulo Lateranensi privilegium erigendi loca pia in solo Lateranensi atque ea eximendi a potestate Ordinariorum ac sibi ipsi immediate subiiciendi, addit tamen clausulam: "iure tamen parochialis ecclesiae et alterius cuiuslibet alias in omnibus semper salvo". Si igitur haec verba aliquid significant, hoc unum indicare videntur, quod nempe, praeter alia iura parochis propria, sartum et integrum servari debet etiam ius funerandi in huiusmodi ecclesiis a Capitulo Lateranensi fundatis". Deinde movetur Dubium, utrum privilegium exemptionis ecclesiae S. Mariae revocatum fuerit saec. XVI.

Insuper, ita Relator in Causa, "intimius perscrutanda sunt verba, quibus ius sepulturae concessum fuit ecclesiae et confraternitati S. Mariae. Ibi enim dicitur quod "dicta ecclesia cum Hospitali sic aedificanda uti possit coemeterio... cum omnimoda libertate". Porro hoc ius coemeterii coarctatum videtur dumtaxat confratribus aliisque in Hospitali degentibus, non autem ceteris parochianis. Praeterea vox ipsa *coemeterium* per se indicat locum materiale sepulturae, nempe tumulum, ac proinde exclusum videtur ius funerandi ex parte confraternitatis et ecclesiae S. Mariae.

Ceterum etiam in hypothesi quod revera ecclesia S. Mariae fruatur exemptionis privilegio a potestate tum Episcopi tum parochi, non exinde erui licet ius funeris privilegium. Sane cum sepulturae ius, variis ecclesiis concessum, vertat, in praeiudicium sepulturae parochialis, iuxta nonnullos doctores non complectitur nisi ius humandi, ac proinde parocho remanet ius officium funebre seu funus celebrandi in ecclesia tumulante". Citatur Van Espen (Ius can. un., part. 2, sect. 4, tit. 7, cap. 5).

In favorem ecclesiae parochialis aliae conjecturae allegantur. Sane in primis extat inventarium parochiale S. Petri exaratum die 10 Sept. 1743, in quo enumerantur iura parochialia quoad processiones, functiones sacras, et praesertim de funeribus". Allegantur in Inventario in favorem ecclesiae S. Petri consuetudo immemorabilis et inveterata; eadem consuetudo "ab immemorabili" asseritur in attestatione diei 21

dec. 1805, subscripta a pluribus testibus et praesertim a sacerdotibus sive saecularibus sive regularibus.

Aliud argumentum affertur in favorem ecclesiae parochialis. "Praeterea —ita Relatio in S. C. C.— anno 1824 quum quoddam cadaver sepeliri deberet in ecclesia Collegiata, exorta est quaestio inter Plebanum et canonicos circa functiones funerarias ibidem peragendas: hinc Capitulum Lateranense de hac re edoctum expedivit monitorium super manutentione in solo Lateranensi existentibus, incusando Episcopum Senogallensem et parochum S. Petri iurisdictionem turbasse et nonnullos fecisse actus violentos et perturbativos amplissimae exemptionis. Verum causa acta fuit in possessorio coram Tribunali Collegiali primae instantiae A. C., et die 21 Augusti 1824 advocatus Plebani Antonii Caprini praefatum "monitorium moderari obtinuit", uti constat ex publico archivio Status Romae asservato sub die 1 Sep. 1824, vol. 65, fol. 71.

Stantibus hice conjecturis pro et contra ecclesiam Confraternitatis facile potest capi illud "Dilata" ad Dubium: "An sustineatur decretum Curiae Senogallensis diei 21 Septembris 1905, vel potius decretum eiusdem Curiae diei 11 Iulii 1906" in casu.

Unde Causa de novo proposita fuit die prima febr. 1908<sup>129</sup>. In Plenaria triplex Dubium solvendum erat:

- 1.<sup>o</sup> An confraternitati S. Mariae competit ius funerandi:
- 2.<sup>o</sup> An dictae confraternitati spectet ius Missam exequialem litanidi in propria ecclesia S. Mariae, emolumentaque percipiendi;
- 3.<sup>o</sup> Demum an eidem confraternitati pertineat etiam ius exequias ad tumulum persolvendi."

"Iamvero —ita censuit S. C.— quoad primum quaesitum non videatur ambigendum, quod Ecclesia S. Mariae fruatur iure sepeliendi seu funerandi nedum confratres a misericordia verum etiam omnes fideles inibi sepulturam gentilitiam vel electivam habentes. Hoc enim patet ex verbis Bullae, qua an. 1473 erecta fuit ecclesia ipsa, et qua donata fuit privilegio exemptionis a qualibet ordinaria sive Episcopi sive parochi potestate, et inmediate subiecta fuit iurisdictioni Capituli Lateranensis, adeo ut uti possit coemeterio, campanili, campanis cum omnimoda libertate, salvo tamen iure parochialis ecclesiae". Iam age ius habendi coemeterium aequivalet iuri sepulturae tradendae, quando agitur, uti in casu, de ecclesia seu confraternitate non subiecta ordinariae potestati dioecesanae, sed ad instar Regularium exempta. Tunc enim ius sepulturae, praeter ius tumuli, secumfert etiam ius sepeliendi et funerandi iuxta tritum adagium *ubi tumulus, ibi funus.*"

<sup>129</sup> 1. c. vol. 167 (1908) p. 70-76.

Porro illud "salvo iure paroecialis ecclesiae" tangit unice quartum funeris parocho solvendam.

"Item ex adverso oponi nequit, quod privilegia et indulta Capitulo Lateranensi a Summis Pontificibus concessa, inter quae ius erigendi ecclesias et loca pia cum exemptione ab Ordinariis et cum iure funerandi privilegiato, derogata fuisse saltem ex parte a successoribus Pontificibus, et prostremo ab ipso Sixto V per Bullam *Si cunctas* diei 15 Ian. 1586".

"Ceterum hoc idem confirmatur ex decisione S. Rotae coram Busio de die 9 Febr. qua Collegiata ecclesia S. Mariae obtinuit manuteneri in sua iurisdictione adversus Episcopum Senogallensem, qui illam impugnavit.

Ex dictis proinde legitime argui videtur quod affirmativum responsum dari possit primae quaestioni."

Quoad dubium secundum respondit S. C. C.: "cum Missa exequialis nonnisi pars sit iuris funerandi, semel recognito iure funerandi ecclesiae S. Mariae, eo ipso attribui debet eidem ius celebrandi Missam exequialem, sive hacc celebraretur a canonicis sive a cappellanis.

Praeterea immemorabilis in casu extare videtur consuetudo, vi cuius Missa exequialis semper persoluta fuit a canonicis, numquam vero a parocho. Hoc idem confirmarunt octo iurati testes, a Curia excussi sub die 9 Nov. 1905, qui de huiusmodi insolita consuetudine absque ambagibus fidem fecerunt.

Hoc in tuto posito nulla difficultas adesse potest circa emolumento-rum perceptionem. Nam, ad tramites iuris communis, nonnisi quarta funeraria competit parocho proprio".

"Ad postreman quaestionem quod attinet seu quoad exequias ad tumulum, confraternitas ultro admittit eas pro praeterito celebratas semper fuisse in Collegiata a parocho S. Petri. Quin imo de solis exequiis intelligenda videntur documenta ac testimonia, quae idem parochus ex adverso adducit ut ostendat suum ius litandi Missam exequiam."

Relator tres quaestiones simul complectens proponit Dubuim: "An sustineatur Decretum Curiae Senogallensis diei 21 Septembris 1905, vel potius decretum eiusdem Curiae diei 11 Iulii 1906". R.: Negative ad primam partem, affirmative ad secundam".

Decretum Curiae de 11 jul. 1906 sic profertur<sup>130</sup>: "Ogni qual volta per un filiano della parrocchia di S. Pietro di Belvedere Ostrense si faccia leggittimamente il funere nella chiesa di S. Maria di detto luogo: 1.<sup>o</sup> al parroco spetta solamente il diritto di levare il cadavere ed accompagnarlo alla chiesa di S. Maria *sub unica Cruce ecclesiae tumulantis* (Sin. dioc. p. 166, n. 4): 2.<sup>o</sup> ogni altra funzione funeraria spetta ai

<sup>130</sup> 1. c. vol. 166 p. 477.

cappellani della chiesa di S. Maria: 3º al parroco medesivo deve pagarsi la *quarta funeraria* secondo le norme date nel nostro Sinodo diocesano pag. 170 n. 5 c) d): 4.º ogni controversia tuttora pendente intorno agli emolumenti funerari fra le due chiese si risolva a norma di questo decreto."

Utinam amplissimus hic tractatus de coniecturis saltem portiunculam utilitatis Curiis dioecesanis, Tribunalibus ecclesiasticis, advocatis omnibusque, quorum interest defensio iurium suorum, Deo adiuvante, conferat.

GERARDUS OESTERLE, O. S. B.